

01

9301

~~4~~  
19

Cap. 46

PONTIFICALE

AD V S V M  
ALMAE OBSERVAN-  
TIAE HISPANIARVM CISTER-  
CIENSIS ORDINIS.

IVSSV CAPITVLI GENERALI  
*recognitum, & in lucem editum.*



VALLISOLETI.

---

Apud viduam Francisci Fernandez de Cordoua,  
Anno Dñi. M.DC.XXIX.

A D V S V M

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z

PRIVILEGIUM INNOCENTII

Papæ VIII. expeditum anno Domini 1489. ad  
petitionem Abbatis Cistercij.



INNOCENTIVS Episcopus ser-  
uus seruorum Dei: Dilecto filio Ioanni  
Abbati monasterij Cistercij Cabilonē  
sis, Diocesis salutē, & Apostolicā bene-  
dictionem. Exposcit tuæ deuotionis  
sinceritas, & religionis promoteretur  
honestas: vt tam *te*, quem speciali dilectione prosequi-  
mur, quàm *tuum*, & *alia quatuor principalia tui Cistercien-  
sis ordinis monasteria* post, & per dictum monasterium  
tuum immediatè fundata, primas quatuor illius filias  
nuncupata, condignis honoribus attollamus: ac specia-  
libus fauoribus, & gratijs prosequamur. Cum itaque si-  
cut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio contine-  
bat: ex priuilegijs, & indultis Apostolicis tibi, & aliorum  
quatuor monasteriorum prædictorum Abbatibus pro  
tempore existentibus: vt omnes ordines minores perso-  
nis eiusdem intra monasteria prædicta conferre, ac pal-  
las altaris, & omnia ornamenta ecclesiastica benedicere:  
ac mitra, & annulo, & alijs Pontificalibus insignijs  
vti: necnon in ipsis, & alijs monasterijs, & Prioratibus  
illis subiectis, ac parochialibus, & alijs ecclesijs ad eos  
communiter, vel diuissim pertinentibus: quâuis eis ple-  
no iure non subessent, benedictionem solennem post  
missarum, vesperarum, & matutinorum solennia (dum  
modo in benedictione huiusmodi aliquis Antistes, vel  
Apostolicæ sedis legatus præsens non foret) enlargiri:

Ac

Ac ecclesias, & monasteria dicti ordinis, quoties foret  
opportunum, dummodo ex homicidio illa polluta non  
forent, reconciliare aqua prius per aliquem catholicum  
Antistitem, vt moris est, benedicta, obtenta valerent: di-  
uersis vicibus, ac partibus quandoque sigillatim, quan-  
doque simul, prout ipsa priuilegia edocent, concessum  
fuerit: & ab aliquibus hæsitetur: an tu, & dicti Abbates  
pallas, & alia ornamenta huiusmodi extra ipsius ordi-  
nis monasteria, & etiam illa, quæ ad monasteria, & lo-  
ca dicti ordinis non expectarent: & an possint in qui-  
buslibet alijs monasterijs, & locis dicti ordinis vtriusq;  
sexus benedicere, licet Abbates prædecessores a tanto  
tempore citra, cuius contrarij hominum memoria non  
extitit, præmissa omnia, seu maiorem partem facere  
consueuerint. Nos, qui ordinem ipsum præcæteris in  
visceribus gerimus charitatis, & illum intendimus non  
minoribus gratijs, & priuilegijs quàm prædecessores  
nostri fecerint decorare: tuis in hac parte supplicati-  
onibus inclinari, *tibi, & successoribus tuis, ac dictis Abbatibus  
aliorum quatuor monasteriorum prædictorum* nunc, & pro  
tempore existentibus: vt de cætero perpetuis futuris  
temporibus prædicta, & quæcunque alia vestimenta,  
ac ornamenta ecclesiastica, corporalibus, vasculisque  
ad reponendum sacram Eucharistiam, ac imaginibus  
quibuslibet comprehensis, in locis, & domibus dicti or-  
dinis benedicere: & calices consecrare, tam de dicto or-  
dine, quàm si ad vos aliundê nonnunquam deferantur:  
Ac altaria de nouo constructa, seu translata, restaurata,  
aut mutata in quibuslibet locis dicti ordinis, chrismate  
sacro prius ab aliquo catholico Antistite recepto, con-  
secre-



secrare, & etiam benedictionem solennem post missarum, vesperarum, & matutinarum solennia in quibuslibet monasterijs, domibus, atque locis dicti ordinis vtriusque sexus, seruatim gradibus superioritatis inter vos, largiri: Ac ne monachi dicti ordinis pro suscipiendis subdiaconatus, & diaconatus ordinibus extra claustrum hinc inde discurrere cogantur: tibi, & successoribus tuis, vt quibuscumque dicti ordinis monachis: *alijs vero quatuor Abbatibus, prefatis, ac eorum successoribus, vt suorum monasteriorum predictorum religiosi, quos ad idoneos repereritis, subdiaconatus, & diaconatus ordines huiusmodi aliàs sitè conferre.* Ac cum negotiorum qualitas pro tempore ingruentium id exegerit, antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucē, ita quod id nec vobis, nec sacerdoti taliter in præsentia, & vestra celebranti ad culpam valeat imputari missam in vestra, & cuiuslibet vestrum, ac familiarium vestrorum vobiscum præsentia per vos metipsum missam celebrare, & per alium sacerdotem idoneum facere celebrari. Et quia interdum propter munus benedictionis, quod per Episcopos Abbatibus, & Abbatissis dicti ordinis impenditur, contentiones ad priuilegiorum ordinis vestri læsiones oriuntur sub eo prætextu, quod Episcopi prætati ex impensione muneris huiusmodi prætedunt aliquam postmodum in eos, & eorum monasteria iurisdictionem, & superioritatem contra dicti ordinis vestri priuilegia habere: tibi, & successoribus tuis prædictis dumtaxat, vt munus benedictionis huiusmodi quibuscumque dicti ordinis Abbatibus, & Abbatissis impendere: ac Abbatibus, & Abbatissis prædictis, vt dictum

munus à te, & successoribus tuis prefatis recipere liberè,  
ac licitè possitis, & possint: autoritate Apostolica, &  
ex certa scientia tenore præsentium de speciali dono gra-  
tiæ indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, &  
ordinationibus Apostolicis: nec non omnibus illis, quæ  
in literis priuilegiorum, & indultorum huiusmodi con-  
cessum est non obstare, cæterisque contrarijs quibuscum-  
que. Prouiso quòd huiusmodi concessione ante diem  
celebrandi, seu celebrari faciendi parcè utamini: quia  
cùm in altaris officio immoletur dominus noster Dei  
filius Iesus Christus, qui candor est lucis æternæ, cõgruit  
hoc non noctis tenebris fieri, sed in luce. Verùm quia dif-  
ficile foret præsentis literas ad singula quæque loca, in  
quibus expediens fuerit, deferre: volumus, & præfata au-  
thoritate decernimus: quòd illarum transumptis manu  
publici Notarij inde rogati subscriptis, & sigillo suo, aut  
alicuius curiæ ecclesiasticæ, seu personæ in ecclesiastica  
dignitate constitutæ munitis, ea prorsus fides indubia  
adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur: si esset exhibi-  
tæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc  
paginam nostræ concessionis, voluntatis, & constitutio-  
nis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis  
autem hoc attentare præsumpserit: indignationem om-  
nipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolo-  
rum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud  
sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ M.  
cccclxxxix. v. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno  
quinto.

*PRIVILEGIUM GREGORII PA-  
pae XIII. expeditum, anno Domini 1591. ad instā-  
tiam Generalis, & Abbatum, almae obseruan-  
tia Cistercensis in Hispania.*



REGORIVS Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pōtifex, Religiosorum cōgregationibus, illarumque personis, præsertim sub regulari obseruantia, & reformatione Altissimo famulantium, à sede Apostolica cōcessa priuilegia, nedum confirmare, & approbare: sed & alia aliorum ordinū Regularibus personis, & pijs locis concessa ad eos quādoque extendere, & ampliare consuevit, prout eorundem religiosorum vota exposcunt, & ipse conspicit in Domīno salubriter expedire. Sane dilecti filij generalis Reformatōris, Abbates, Priores, & Monachi totius congregationis regularis obseruantiaē S. Bernardi ordinis Cistercien. Regnorū Hispaniæ nobis nuper exponi fecerūt. Quōd cum aliās per Fe. Re. Martinum Quintum, Eugenium Quartum, non nullosq; alios Roman. Pontifices prædecessores nostros, & seu Sedem præfatam diuersa priuilegia gratias, & indulta, tam eidem ordini Cistercien. quā diætæ congregationi, eorumque Monasterijs, domibus, personis, & locis generaliter, & specialiter, ac particulariter concessa, & seu forsan per eosdem, & nouissime per piæmem. Sixtum Papam V. prædecessorem nostrum cōfirmata, & approbata, ac innouata, & extēsa, seu ampliata fuerint, prout in literis Apostolis de super cōfectis plenius continetur. Cum autem firmitus subsistant ea, quæ

ſæpius fuerint Apoſtolico munimine roborata. Cupiūt prædicti Generalis, Abbates, Priores, ac alię vtriuſque ſexus dictę congregationis perſonę, pro illorum ſubſiſtētia firmiori per nos confirmari, & approbari, nec nō pro ipſorum Generalis, & perſonarum regularium eiufdem congregationis conſolatione, & religionis augmento quęcumque tam eidem Ciftercien. quā quibuſuis alijs ſimilium, vel diſſimilium ordinibus, & religionibus, eorumque congregationibus, Monafterijs, Domibus, Eccleſijs, pijs, ac charitatiuis locis, illorumque, quibuſuis Superioribus, ac vtriuſque ſexus regularibus, perſonis conſeſſa priuilegia, facultates, & indulta quęcumque, & qualiacumque ſint ad prædictam congregationem regularis obſeruantię ſancti Bernardi illiuſque Monafteria, & quęcumque vtriuſque ſexus regulares perſonas extēdi, illaſque, & illa eis communicari. Quare pro parte dictorum Generalis reformatoris, Diſſinitorū, Conſiliariorum, Viſitatorum, Abbatum, & aliarum dictarum perſonarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio annuere, aliasque in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos qui regularium votis, præſertim religionis augmentum concernentibus libenter annuimus, eaque fauoribus proſequimur opportunis, ſingulorum priuilegiorū, gratiarum, & indultorum, ac deſuper conſectarum literarum, huiuſmodi tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, nec non Generalem reformatorem, Diſſinitores, Conſiliarios, Viſitatores, Abbates, Priores, Monachos, eorumque vtriuſque ſexus ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interditi,

dicti, aliasque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodatis existūt ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati omnia, & singula cuiusvis generis priuilegia, prærogatiuas, concessiones, facultates, exemptiones, libertates cōseruatorias, immunitates, & indulta ab solutiones, dispensationes, ac peccatorum remissiones, indulgentias, etiam plenarias, ceterasque gratias spirituales, & temporales, etiam per modum communicationis, & extensionis dicto ordini Cisterciensi, ac huiusmodi congregationi, illorumque vtriusque sexus Monasterijs, Domibus, Conuentibus, Ecclesijs, Collegijs, pijs, ac charitatiuis locis, rebus, & bonis, nec non eorum Abbatibus Generalibus, eorumque Capitulis, Diffinitoribus, Consiliarijs, Visitatoribus, *Abbatibus etiā quatuor primis*, Prioribus, Officialibus, Ministris, ac omnibus alijs eorū Superioribus, Prælatibus, Monachis, Monialibus, & illorū vtriusque sexus singularibus personis in genere, & in specie, ac tam coniunctim, quam diuisim, aut alias per prædictos, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, & nos, Sedemque Apostolicam, eiusque Legatos, & Nuncios, sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiam ad quorumuis instantiam, quomodolibet cōcessa, seu communicata, & extensa, nec non desuper confectas literas, & scripturas quascunque cum omnibus, & singulis clausulis in eis contentis, quatenus sint in vsu, & decretis Concilij Tridentini non aduersenrur, Apostolica autoritate, & ex nostra certa scientia tenore præ-

sentium perpetuo approbamus, & cōfirmamus, illiſque  
perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac  
omnes & ſingulos, tam iuris, quam facti ac ſolemnita-  
tum quauicunque, quomodolibet omiſſarum defectus  
ſi qui forſan interuenerunt in eiſdem ſupplemus, & pro  
potiori cautela, illa omnia, & ſingula in eiſdem conten-  
ta, & comprehenſa cum illarum extensionibus, commu-  
nicationibus, & ampliacionibus eidem cōgregationi S.  
Bernardi, ac ſingulis eiſus Monasterijs, Domibus, locis, eo-  
rumque ſuperioribus, & vtriuſque ſexus regularibus per-  
ſonis de nouo concedimus, & de vno eorum Monaste-  
rio, ad aliud concedendo ſine vlla differentia extēdimus.  
Et inſuper ob ſingularem reformationem, & obſeruan-  
tiam dicte congregationis in eiſdem Monasterijs inſti-  
tutam, & conſeruatam eoſdem amplioribus fauoribus  
condecorare volentes. Omnia, & ſingula priuilegia, præ-  
rogatiuas, conceſſiones, antelationes, fauores, facultates  
declarationes, abſolutiones, relaxationes, diſpenſatio-  
nes, ſtatutiones, indulgentias, etiam plenarias, ac peccato-  
rum remiſſiones, conſeruatorias, immunitates, exemp-  
tiones, libertates, præ eminentias, & indulta, cuiuſuis ge-  
neris exiſtentia, cæteraſque gratias ſpirituales, & tempo-  
rales, *tam eiſdem Cisterciensiuſque Abbati, & Capitulo, etiã  
generali, ac quibuſuis illius Monasteriorũ Abbatibus,  
etiã quatuor primis de Firmitate, & Pontiniaco, Clarenal-  
le. & Morimundi,* quam etiam Sancti Benedicti, ac qui-  
buſuis alijs ſimilium, & diſſimilium Ordinibus, & Reli-  
gionibus, ſub quibuſuis Regulis, Conſtitutionibus, aut  
Ordinationibus de gentibus, ſeu militantibus, & quibuſ-  
uis illarum reſpectiue Congregationibus, Militijs, eo-  
rumque

rumque professoribus, ac vtriusque sexus eorum Mona-  
sterijs, Domibus, Ecclesijs, nec non Collegijs, Vniuersi-  
tatibus, Confraternitatibus, pijs, ac charitatiuis locis, eo-  
rumque in quibusuis Festiuitatum, ac alijs diebus, Eccle-  
sias visitantibus, ac earundem Religionum Generalibus,  
Præsidentibus, & quibusuis Superioribus, Prælati, ac  
Capitulis, etiam Generalibus, Prouincialibus, seu inter-  
medijs, eorumque Diffinitorijs, Abbatibus, Prioribus,  
Diffinitoribus, Cõsiliarijs, & quibusuis Officialibus, Re-  
ctoribus, Ministris, Monachis, Nouitijs, Monialibus, Fra-  
tribus, Conuersis, Confratribus, Procuratoribus, Fami-  
liaribus, Benefactoribus, ac eorum earumque vtriusque  
sexus, quibusuis regularibus personis, tam in Vrbe, quã  
quibuscũque mundi partibus consistencia, seu consisten-  
tibus, etiam illorum intuitu, aut alias quomodolibet cõ-  
cessa, quibus de iure, vsu, & consuetudine, vel priuilegio,  
seu concessione Apostolica, vel Imperiali, Archiepisco-  
pali, Episcopali in genere, vel in specie, ac tam coniun-  
ctim, quam diuisim, etiam per solam signaturam, vel vi-  
uæ vocis oraculo, aut per viam communicationis, & ex-  
tensionis, & Motu proprio, aut aliã quomodolibet vtun-  
tur potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere  
quomodolibet possunt, quorum tenores præsentibus ha-  
beri volumus pro expressis, ac de verbo ad verbum in-  
fertis, etiam si talia sint, vel forent, quæ specialem, & in-  
diuiduam requirerent mentionem, & seu particularem  
insertionem, ad primo dictam congregationem regula-  
ris obseruantia sancti Bernardi, ac singula illius, tam vi-  
rorum, quam mulierum Monasteria, illorumque quos-  
cunque Superiores, Prælatos, & vtriusque sexus quascũ-

que regulares, & singulares personas, ita quod dicta cōgregatio sancti Bernardi, ac vtriusque sexus eius Monasteria, Prioratus, grangias, domus, Ecclesias, Collegia, pia, & charitatiua loca, Sanctorumque festiuitates conuentus, & capitula, etiam generalia, particularia, vel intermedia, Generalisq̄ue reformator, Diffinitores, Consiliarj, Visitatores, Abbates, Abbatissæ, Priores, & quicūque alij Superiores, officiales, & Ministri, Monachi, Moniales, Nouitij, Fratres, Conuersi, Donati, Oblati, Commissi, Familiares, Confratres, Procuratores, ac negotiorum gestores, Benefactores, & aliæ singulares vtriusque sexus regulares personæ, ac eorum res, & bona, sub eorum cura, & secundum eiusdem congregationis instituta nunc, & pro tempore viuentes, & existentes præmissis omnibus, & singulis æque pariformiter respectiue, & absque vlla penitus differentia singula singulis concernentia, perinde, ac si ea omnia illis, & eorū singulis principaliter, & expresse, & non ad instar concessa fuerint, ac si in eis talis ordo, & congregatio sancti Bernardi primo dicta, illiusque Capitula, Monasteria, Ecclesiæ, dictique Superiores, Prælati, ac vtriusque sexus dictæ personæ, res, & bona expressa, & prænominata fuissent, & essent, ac si pro, & in fauorem eorundē a sede Apostolica à principio emanassent, & fuissent immediate concessa in quantum eidem congregationi expediat, eiusque gubernio Constitutionibus, & Diffinitionibus nō aduersentur vtriusque, frui, & gaudere, libere, & licite possint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis, concedimus, & indulgemus, illaque omnia & singula eis, & eorum cuilibet eisdem, auctoritate, & tenore similiter perpetuo extēdimus, eis-

que



que communicamus. Dercernen. præsentis litteras nullo vnquam tempore quouis quaesito colore, vel ingenio de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio defectu notari, argui, vel impugnari posse, neque sub quibusuis similibus gratiarum reuocationibus, limitationibus, & suspensionibus, aut contrarijs dispositionibus, pro tempore emanandis minime comprehendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validum statum, etiam sub datis per Superiores dictæ congregationis sancti Bernardi eligenda restitutas, & de nouo concessas fore, ac suos plenarios effectus sortiri, & inuiolabiter obseruari. Sicque, & non aliter per quoscunque Iudices, quauis auctoritate fungen, etiam locorum ordinarios, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, Vicelegatos, Sedis Apostolicæ Nuntios, & causarum Palatij Apostolici Auditores. Sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate fungente scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus nostris Toletan. & Burgen. Archiepiscopis, nec non dilectis Filijs Salmantin. Vniuersitatis Scholastico, & Abbatibus Monasteriorum S. Martini Compostel. ac S. Vincentij Oueten. diocæs. Ordinis S. Benedicti, ac Curiaë causarum Camera Apostolicæ Generali Auditori. per præsentis committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentis litteras vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis reformatoris,

Abbatum, Priorum, & Monachorum prædictorum, aut  
alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes,  
eisque in præmissis efficaciæ defensionis præsidio assiste  
tes faciant, auctoritate nostra easdem præsentem literas,  
& in eis contenta quæcunque inuiolabiliter obseruari,  
ac plenum effectum sortiri, nec non Generalem, Abba  
tes, Priores, & Monachos, aliosque prædictos, & eorum  
singulos omnibus præmissis frui: & gaudere. Non per  
mittentes eos, & eorum quemlibet desuper contra præ  
sentium tenorẽ, sub quouis prætextu, vel subreptionis,  
vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel defectu intentio  
nis nostræ per quoscũque quomodolibet molestari, per  
turbari, vel impediri. Contradiçtores quoslibet, & rebel  
les, etiam per sententiã, censuras, & pœnas Ecclesiasti  
cas, aliãque opportuna iuris, & facti remedia appella  
tione quacunque postposita compescendo, ac legitimis su  
per his habendis seruatis processibus, sententiã, censu  
ras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, in  
uocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secula  
ris. Non obstantibus præmissis, & de non expediendis li  
teris super indulgentijs ad instar: ac pię memoriæ Boni  
facij Papæ Octauij, etiam prædecessoris nostri de vna, &  
Concilio generali edita de duabus dietis, alijsque Apo  
stolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs  
editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, &  
ordinationibus, ac quorumuis ordinum, congregationũ  
Monasteriorum, & regularium locorum prædictorum,  
etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis  
firmitate alia roboratis, statutis, cõsuetudinibus, declara  
tionibus, & inhibitionibus priuilegijs quoque, indultis,  
&

& literis Apostolicis etiam legatis, Nuntijs, & ordinarijs ac ordinibus prædictis, eorumque Superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, etiã in fundatione, vel dotatione obtentis, ac cum quibusuis, etiam annullatiuis, cassatiuis, infectiuis, declaratiuis, exceptiuis, modificatiuis, & mentis attestatiuis, & etiam cõmunications prohibitiuis, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis irritantibus, ac etiam derogatorijs derogatorijs in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac aliàs quomodolibet per prædecessores nostros, & nos sedemque Apostolicam, etiam motu simili, & consistorialiter, aut alias in contrarium præmissorũ quomodolibet pro tẽpore cõcessis, confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus illorumque omniũ, & singulorũ tenores ac si de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur, & nõ per clausulas generales idem importantes præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habẽtes illis alias in suo robore per mãsarum hac vice dũtaxat, ac harũ serie specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostol. non faciẽtes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod earundem præsentium trãsumptis, etiam impressis, manu alicuius ex scribis prædictorum Abbatum, aut Prælat, aut notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Monasterij dictæ cõgregationis S. Bernardi, aut alterius per

sonæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadē  
prorsus fides habeatur in iudicio, & extra illud, ac ubi-  
que adhibeatur, quæ eisdē præsentibus abhiberetur, si  
forent exhibitæ, & ostensæ. Datis Romę apud sanctum Pe-  
trum sub annulo Piscatoris: Die vigesima octava, Iunij  
M.DL.XXXI. Pontificatus nostri Anno Primo. M.  
Vestrius Barbianus.

PRE-

# Præparatio ad Missam in Pontificalibus ab Abbate celebrandam.

*Dum ministri induuntur in sacristia, & Abbas in sua sede expectat, siue in eadem sacristia siue in Ecclesia, hac poterit deuote recitare.*

*Añã.*

Ne reminiscaris Dñe delicta nostra, vel parentum nostrorũ;  
neque vindictam sumas de peccatis nostris.

*Psal. 83.*

**Q**UAM dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Etenim passer inuenit, sibi domum: & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum, rex meus & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum in loco quem posuit.

Etenim benedictiones dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protectoꝛ noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui: Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia:  
Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

*Psalm. 84.*

**B**ENEDIXISTI Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remissi iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus salutatis noster, & auerte iram tuam à nobis.

Nunquid in æternum irascèris nobis? aut extendens iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conuersus uiuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

*Psalm. 85.*

**I**NCLINA Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam: quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam

animam meam serui tui, quoniam ad te Domine animam  
meam leuauit.

Quoniam tu Domine suavis & mitis, & multæ misericordiæ om  
nibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci de  
precationis meæ.

In diæ tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me:

Non est similis tui in diis Domine: & non est secundum opera  
tua.

Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram  
te Domine: & glorificabunt nomen tuum:

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: late  
tur cor meum vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glo  
rificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & cruiisti animam  
meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui infurrexerunt super me, & synagoga potentiũ quæ  
fierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu  
tuo.

Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiens, & multæ  
misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo:  
& saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & cõ  
fundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus  
es me.

*Psal. 115.*

**C**REDIDI, propter quod locutus sum: ego autem humilia  
tus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ tribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo eius : pretiosa  
in conspectu Domini mors sanctorum eius.

O Domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Diripuisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius : in atriis domus Domini; in medio tui Ierusalem.

*Psalm. 129.*

**D**E profundis clamaui ad te Domine : Domine exaudi vocem  
meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitatis obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est : & propter legem tuam sustinui te  
Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius : sperauit anima me in Domino.

A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia : & copiosa apud eum redemptio.

*Tunc repetat Añam. Ne reminiscaris. Et de inde. Kyrie Eleison. Christe Eleison. Kyrie Eleyson. Pater noster.*

*Vers. Et nenos inducas.*

*Resp. Sed libera.*

*Vers. Ego dixi domine miserere mei.*

*Resp. Sana animam meam quia peccaui tibi.*

*Vers. Conuertere Domine aliquantulum.*

*Resp. Et deprecare super seruos tuos.*

*Vers. Fiat misericordia tua Domine super nos.*

*Resp. Quemadmodum sperauimus inte.*

*Vers. Sacerdotes tui induantur iustiam.*

*Resp. Et sancti tui exultent.*

*Vers. Ab oculis meis munda me Domine.*

*Resp.*



*Resp.* Et ab alienis parce seruo tuo.

*Vers.* Domine exaudi orationem meam;

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**A**Vres tuæ pietatis mitissime Deus inclina precibus nostris, & gratia Sancti Spiritus illumina cor nostrum, vt tuis misterijs digne ministrare, teq; æterna charitate diligere mereamur.

**D**Eus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quæ nullum latet secretum, purifica per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere, & digne laudare mereamur.

**V**Re igne Sancti Spiritus renas nostros, & cor nostrum Domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

**M**entes nostras quæsumus Domine, Paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promissis Filius veritatem.

**A**Dsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus Sancti, quæ & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

**D**Eus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere.

**C**onscientias nostras quæsumus Domine visitando purifica: vt veniens Dominus noster Iesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

---

Orationis dicendæ ab Abbate in Pō  
tificalibus celebraturo, ante &  
cum sacra capit pa-  
ramenta.

Cum deponit cuculam.

**E**Rueme Domine veterem hominem cum moribus, & acti-  
bus suis: & indueme nouum hominem, qui secundum Deum  
creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.

Cum lauat manus.

Da Domine virtutem manibus meis ad abstergendam om-  
nem maculam immundam: vt sine polutione mentis, & corpo-  
ris valeam tibi seruire.

Pro Amictu.

Pone Domine galeam salutis in capite meo ad expugnandas  
omnes diabolicas fraudes, inimicorum omnium versutias supe-  
rando.

Pro Alba.

De alba me Domine, & adelicto meo mundame, vt cum his  
qui stolas suas de albauerunt in sanguine agni, gaudijs merear  
perfrui coeli.

Pro Cingulo.

Præcinge me Domine cingulo fidei, & virtute castitatis, lum-  
bos corporis mei & extingue in eis ardorem libinis, vt iugiter  
maneant in me vigor totius castitatis.

Pro

Pro Cruce pectorali.

Munire digneris me Domine Iesu ab omnibus insidijs inimicorum omnium signo sanctissimæ Crucis tuæ: & concede mihi indigno seruo tuo, vt sicut hanc Crucem Sanctorum tuorum reliquijs refertam ante pectus meum teneo, sic semper mente retineam, & memoriam passionis, & Sanctorum victorias Martyrum.

Pro Stola.

Redde mihi Domine obsecro stolam immortalitatis, quã perdidisti in præuaricatione primi parentis, & quamuis indignus accedere præsumo ad tuum sanctum ministerium cum hoc ornamento, præsta vt in eodem in perpetuum merear læari.

Pro chirotecis.

Circunda Dñe manus meas mūditiã noui hominis, qui de cœlo descendit, vt quemadmodum Iacob dilectus tuus pelliculis, hædorum opertis manibus, paternam benedictionem ablato patri cibo potuque prætissimo, impetrauit, sic & ablata per manus nostras salutari hostia, gratiæ tuæ benedictionem merear.

Pro Mitra.

Mitram Domine, & salutis galeam impone capiti meo, vt contra antiqui hostis omniumque inimicorum meorū insidias inoffensus euadam.

Pro Anulo.

Cordis, & corporis mei Domine digitos virtute decora, & septiformis Spiritus sanctificatione circunda.

Ad Missam pro sandalijs, atque caligis.

Calcea Domine pedes meos in præparationem Eungelij pa-  
cis,

cis, & protege me in velamento alarum tuarum.

Pro Tunicela.

Tunica iucunditatis, & indumento letitiæ induat me Dominus.

Pro Dalmatica.

Indue me Domine indumento saluris, & vestimento letitiæ, Dalmatica iustitiæ circunda me semper.

Ad Manipulum.

Merear præcor Domine Manipulum portare mente flebili, vt cum exultatione portionem accipiam cum iustis.

Pro Planeta.

Domine Iesu Christe, qui dixisti, iugum meum suaue est, & onus meum leue; da, vt sic illud portare valeam, quatenus tuâ possim consequi gratiam. Qui viuis & regn.

Clausula priuilegij Urbani Papæ  
Quarti concessi Abbati Mon-  
tis Virginis.

**N**Os itaque ob deuotionem sanctæ Mariæ, in  
cuius honore vestrum Monasterium funda-  
tum est, vestris supplicationibus inclinati. vsum  
Mitæ, Baculi, Annulli, Sandalium, Chirotheca-  
rum, Tunicæ, & Dalmaticæ, benedictionem so-  
lennem ad populum, ordinationem Minorum  
Ordinum Indulgentiam, xl. dierum, &c. Tibi  
fili Abba, & successoribus tuis in perpetuum, au-  
thoritate præsentium, ex speciali gratia concedi-  
mus, & impartimur.

*Habetur in libro priuilegiorum dicti Ordi-  
nis Neapoli excuso, & apud Stephanum Quaranta  
in suo Bullario, seu in summa constitutio-  
num Apostolicarum, verbo, Abbas, in fine.*

*Quæ omnia si quid addunt supra nostra, nobis  
etiam per extensionem sunt communicata.*

*Emanuel Rodericus, tomo. 7. quæstion. Regu-  
lar. quæstione. 28. articulo. 2. vt certum suppo-  
nit Abbates sacra nostra obseruantia Cisterciens-  
sis, nun solum pro suis Monasterijs, filiationibus,*

¶¶¶¶

¶

Et grangijs, seu Prioratibus, sed etiam pro quibusvis alijs Ecclesijs posse Aras, siue portatilia Altaria consecrare, dum modo id faciant in suis Monasterijs, sed, Et extra ipsa, si accedat consensus, Et licentia Diocesani. Vtrumque autem video esse in usu, neque est alienum à verbis privilegij, Et illius mente.

Quin Et Stephanus Quaranta supra citatus in sua illa summa cōstitutionum Apostolicarum, verbo Ordo, ad finem, ex duabus declarationibus congregationis Concilij docet eosdem Abbatē posse Tonsuram, Et Minores Ordines conferre quibusvis secularibus, aut regularibus aliorum Ordinum dum modo ad sit specialis consensus superioris, siue regularis, siue Episcopi ad quem pertinent ordinandi, Et item Episcopi loci, in quo Ordines conferendi sunt. Ad neutrum tamen sufficere consensum generalem, sed specialem semper, Et pro omnibus requiri.

Vtramque declarationem ad litteram adducit Et dicit haberi impressas in compendio privilegiorum Minorum, Et aliorum Mendicantium Brixia, anno 1590, verbo, Ordines sacri, fol. 457. Et 458.

Easdem adducit Marcilla in declarationibus ad Concilium Tridentinum super cap. 10. sessione

sione. 23. ( Quamvis quasdam alias contrarias  
prius apponant ) & habentur, in quar-  
to volumine decisio-  
num Rotæ.

(?)

Page 23. (The title of this contract is  
given opposite) & laborer, in part  
to columnar desig-  
nate etc.  
(?)



# PONTIFICALE

## SACRI ORDINIS,

### CISTERCIENSIS

AD VSVM ALMÆ HISPANIARVM  
OBSERVANTIÆ.

P A R S P R I O R.

Continens Cæremonialia omnia, quæ in  
vfu Pontificalis, maxime in Diuinis  
Officijs, obseruantur.

*De numero & qualitate Assistentium & Ministrantium  
Abbati in Diuinis Officijs, & præparandis in Ecclesiâ,  
& Sacristia. Cap. I.*



T Abbas Pontificales functiones, præser-  
tim in Diuinis Officijs, commodius & dig-  
nius valeat exercere, plures necessarij sunt  
Assistentes, seu Ministri, de quibus est primo  
breuiter dicendum. Cum ergo Vesperas so-  
lemniter erit cantaturus (quod non nisi raro  
& in festiuitatibus tantum celebrioribus fieri  
conueniens est) decem, vt minus, Monachi  
eligendi sunt, qui ei in Pontificalibus assistant  
& ministrent. Primus pro officio Presbyteri assistentis; & hic debet esse  
dignior de Conuentu, etiam si munus Abbatis ipse obierit. Duo alij pro  
assistentibus Diaconibus; qui de dignioribus etiam esse debent. Diaconus  
pro Euangelio decantando. Subdiaconus pro Epistola. Duo seruien-

tes de Baculo, & de Mitra. Duo Acoliti. Et vnus qui cæremonijs præsit vniuersis: & hi omnes vltra seruitorem Ecclesiæ; qui nihilominus est semper necessarius. Ex his; tres in habitu Diaconali integre & plene; vnus in Subdiaconali; duo in Acolitali, reliqui omnes Pluuialibus parantur. Nisi quod Presbyter assisens induitur Amictu, Alba, Cingulo, & Stola, infra Pluuiale: reliqui induit immediate Pluuialia supra Cucullas. Monachus autē, qui de Mitra seruiet, vltra Pluuiale habebit mappā sericā, ob longā à collo pendentem, (vulgo *Offertorio*) qua vtetur ad Mitram sustinendam, ne illam nudis manibus contingat. Pro his omnibus parantur in Sacristia Ornamenta decentia coloris qui conueniens sit festiuitati; & pro Acolitis Candelabra argentea magna, cum cereis albi coloris.

Cæterum vltra ea quæ paranda sunt in Sacristia, parari debent in Ecclesia quæ sequuntur. Primò, Altare Maius splendidius & sumptuosius solito ornabitur. Habebit vt minus sex Candelabra argentea & mediam Crucē: Candelabra quæ Cruci proxima sunt aliquanto maiora; reliqua eo minus assurgant, quo magis distant. Inter candelabrum & candelabrum possunt misceri Imagines Sæctorum, seu Pyramides, aut Capsæ cum reliquijs, vel vasa cum fasciculis florum, & quid quid ad splendorem Altaris faciat, aut ornatum.

Totum ipsum sacelli pavementum tapetibus (vulgo, *Alhombas*) vestitur; sed præcipue gradus Altaris & locus vbi paranda est sedes Abbatis.

Pro hac sede preparabitur vmbraclum (vulgo, *Dofel*) dependens à pariete, si fiat commode, in latere Euangelij: sub vmbraclum sedes, & genuflexorium constans scabello ligneo cooperto panno serico villosio, & duobus Puluinis, altero supra scabellum, in quo recumbat Abbas, altero inter ipsum & sedem, vt genuflectat.

Sedes prædicta regulariter ponitur in plano, seu pavemento Presbyterij: sed si Altare habeat plures gradus, ita vt sedes in pavemento posita remaneat nimis depressa, supponendum est ei aliquod suggestum, seu tabulatum, quod tamen semper inferius sit ipso Altari.

A latere sinistro sedis versus Altare, ponatur duo scabella rassa, & vnū à dextris pro assistentibus Presbytero & Diaconibus. Sed & duo alia scamna longa, vnū à sinistro latere sedis, & aliud è regione pro reliquis Ministris. Prepararetur etiam prope sedem mensa, aut quidpiam aliud, vbi Abbatis Cuculla reponatur.

E regione sedis in latere Epistola, præter scamnum supra nominatum

+ *Las Velas de la misa de Benito* = *Las 6. a. correspondencias* præ-  
*de la Cruz & la 7.ª* = *en m.º de la Cruz*: sino pudiere estas, se huenen en  
*elatal Vela*: vide S. Joseph. *Tratado P.º Cap. 3.º fol 61* = *J. Michal. Paulini. Cap.º 12. fol*  
*320. E.º 17* = *impreso en Venecia, año de 1681* =

præparabitur Abâcus (vulgo *Aparador*) cum Credentiâ, tres, vel duo vt minimum gradus continente. In Abaco Põtificialia Ornamentâ, Amictus, Alba, Cingulum, Stola, Pluuiale, atq; Gremiale, ordine retrogrado; vt recto postea ad Abbatem deferantur. Crux pectoralis, & Anulus in Disco (vulgo *Plato*, ò *Saluilla*) & liber pro dicendis capitulis & collectis. Mitra iam primo gradu Credentiæ in medio eius. Ad latera & in superioribus, Vreus, & Lâces (vulgo *Fuentes y Aguamanil*) cum Mappulis seu Tobaleis ad tergendas manus: Thuribulum, cum Nauicula, & alia vasa argentea, quæ faciant adornatum, & possint esse vsui, pro Altaris & Abbatis ministerio. Tum Baculus pastoralis super pauimētum erectus, & ad Abacum & Credentiâ inclinatus, vnde à Ministro de eo seruiente capi possit.

Reliqua altaria, præcipue collateralia, & quæ ex medio Ecclesiæ possunt conspici, etiam ornabuntur: & in singulis erit Crux conspicua media inter duo candelabra cum suis cereis.

Atque hæc quidem pro Vesperis cantandis. Nam pro Missâ, vltra eâ quæ dicta sunt, nonnulla alia veniunt præuenienda. Nempe in Sacristia quatuor Funalia, de cera alba; quæ totidem Monachi iuniores capiât pro Euangelio, & eleuatione Calicis & Hostiæ. In Abaco cum reliquis paramētis, Tunicela, Dalmatica, Planeta; atque Manipulus (qui seorsim, ab alijs collocetur) Sandalia etiam, & Caligæ seorsim velo serico tenui obuoluta. In primo gradu Credentiæ ad dextrū latus Mitræ, Calix cū Patena, & duabus Hostijs, Purificatorio, & Bursa Corporaliū. Et inter vasa argentea, Peluis cum Ampullis vino & aquâ plenis, Hostiarium cum Hostijs, & Campanula, & cætera, quæ ad Missam requiruntur. In altari, liber Missalis cum duobus Puluinis in duobus cornibus, vt iam in vno, iam in alio reponatur. Sed & Seruitori Ecclesiæ poterit consignari alius Coadiutor, vt pergat ad Sacristiam & alia loca, discurrens pro necessarijs, ne Ministri discedant ab Altari.

*De accessu Abbatis ad Ecclesiam, & Pontificalium vestitū  
acceptiōe, pro Vesperis. Cap. 11.*

**F**Acto primo signo pro Vesperis, Monachi omnes qui ministraturi sunt Abbati veniunt ad eius cellam sine mora: ac ipsi comitantibus & præuentibus, Abbas procedit ad Ecclesiam, in cuius primo ingressu

gressu omnes subsistunt. Mox pulsantur Organa; nec desistunt, donec Abbas sit in sua sede. Qui futurus est Presbyter assistens porrigit Abbati Asperforium prius osculatum. Abbas cum eo se prius aspergit, deinde alios. Mox pergunt omnes ad Altare Maius, & facta reuerentia profunda Sacramento, quam omnes excepto Abbate simul faciunt, in duos Choros suo ordine dispositi in medio Sacelli, ante gradum Presbyterij, & semetipsos mutuo respicientes, dant locum Abbati; qui inter ipsos transiens, atque vtrisque modica capitis inclinatione respiciens, ante gradum Presbyterij profunde inclinatur; inde genu flectit in plano, & nudo, & parumper orat, quantum integra possit dici Aue maria, orantibus cum ipso etiam Ministris. Mox surgit & stantibus Ministris versus ipsum, ad sedem suam accedit, & ingenuflexorio procumbit. Tunc Monachi, duobus inclinationibus factis, altera Sacramento, altera Abbati, pergunt ad Sacristiam, præcedentibus dignioribus; vbi omnes pro cuiusque officij qualitate; sacris Paramentis induuntur.

Vestitis omnibus, Seruitor Ecclesiæ facit pulsari Campanas pro secundo signo ad Vesperas. Ministri omnes procedunt processionaliter de Sacristia ad Altare maius, præcedentibus Acolitis cum cereis, quos cærimoniarum Magister medius ducit: inde duobus Monachis, qui seruaturi sunt de Baculo & de Mitra: Mox Diacono Euangelij, atque Subdiacono. & tandem duobus assistentibus Diaconibus, inter quos medius eat assistens Presbyter.

Cum peruenerint ad gradum Presbyterij, Magister cærimoniarum genuflectat, & factis reuerentijs. Altari & Abbati, accedat ad illum, & iterum profundè inclinatus, nuntiat illi de aduentu Ministrorum. Interim omnes extendantur in modum alæ ante gradum Presbyterij, vltimis in medio, prioribus verò ad latera dispositis. Abbas parumper ad eos oculos cõuertat. Tunc ipsi genuflectant in gradu Presbyterij, & profundè inclinantes Altari atque Abbati ascendant gradum. Acoliti deponant Candelabra sua super Altare, vel super Abaco ante Credentiam: ad quam etiam discedant Diaconus Euangelij, atque Subdiaconus, & cum ipsis Cærimoniarum Magister: reliqui omnes ad sedem Abbatis, vbi illi iterum se profundè inclinant. Tunc Abbas surgit, & deponit Cucullam, dicens. *Exue me Domine, &c.* Quam accipiunt seruientes de Baculo & Mitra, & reponunt in loco ad hoc parato.

Acoliti adducunt de Abaco Lancè cum Vrceo pro lotione manuum, &

Tobaleam pro illarum terfione; quos Diaconus Euangelij & Subdiaconus fequitur. Facta autem profunda inclinatione, prius Altari, & deinde Abbati, Acolitus portans Vrceū & Lancem efundit in labium Lancis partem aquæ, quam etiam coram Abbate deguftat. Mox genuflectit ipfe & socius eius. Subdiaconus ab habéte accipit Lácem & eam fupponit manibus Abbatis: Diaconus Vrceum, & efundit aquam. Presbyter verò affiftens accepta Tobalea, porrigit poft lationem Abbati, vt manus tergar. Subdiaconus in reuerfo Lancis eam recipit, & Acolitis ad huc genuflexis traddüt tam Lácem & Vrceum, quã Tobaleam; qui furgentes, & inclinãtes fe Abbati, reducunt ea ad locum, vnde acceperant. Diaconus autem Euangelij & Subdiaconus ibi remanent. Abbas dum lauat manus, dicit Orationem. *Da Domine virtutem, &c.*

Interim feruientes de Baculo & Mitra in Lácibus feu Vacilibus argenteis portât de Abaco Albam, & Anictũ: inde Acoliti Cingulum, & Difcũ in quo eft Crux pectoralis, & Anulus: poft Miniſtri Stola & Pluuiale; alternis vicibus, eleuatis manibus, paſſibus lentis, modestis, & æqualibus; profundè in medio inclinantes ante Altare, & poſt modum minus profunde ante Abbatem.

Hæc omnia ſuo ordine mitit Cæremoniarũ Magiſter ad Abacum affiſtens: recipiunt & Abbati coaptât Aſſiſtentes: Presbyter verò Anulum reſeruat in proprium tempus imponendum Abbatis digito. Stola ponitur ab utroque humero pendens, non tranſuerſa ante pectus in modum crucis. Abbas pro ſingulis Paramentis legit aut recitat proprias Orationes. Tunc Acoliti afferüt Gremiale, & Chirotecas: & Gremiale aſſiſtenti Diacono priori tradunt, Chirotecas Diacono Euangelij, atque Subdiacono; quorũ vterque propriæ manui ſuã adaptat. Diaconi aſſiſtentes Gremiale expandunt, & illud tenēt. Mox Presbyter aſſiſtens oſculato Anulo, & manu Abbatis, imponit illum digito Anulari dextræ manus. Seruientes de Baculo & Mitra illa adducüt; & Mitra quidem ſedenti Abbati imponitur, Baculus autem Miniſtri ſeruientis de eo non anu retinetur.

Tunc Miniſtri omnes in modum circuli reſpicientes Abbatem profundè de ſe inclinant, & Abbas capite anuit, vt ſuam vnufquiſque accipiat ſedē; nimirum Diaconi aſſiſtentes immediata Scabella ſedi Abbatis, vt Gremiale teneant, expandant, & reſumant: Presbyter aſſiſtens Scabellum tertium inter ſedem Abbatis & Altare, quibus ex æquo quoad poterit ſe vertet. Seruientes de Baculo & Mitra in Scamno ad inferiorem partem ſedis: Dia-

conus Euāgelij, atque Subdiaconus, & Magister cæremoniarum, è regione, in scamno ad latus Abaci: Acoliti vero, reasumentes Cādelabra genu flectunt in gradu Presbyterij, & sic expectant quoad vsque officium B. Mariæ in Choro finiatur; aut si finitum est, donec Abbas super librum de quo legit orationes paramentorum, faciat signum dicendi *Pater Noster*.

Atque hæc quidem pro incipiendis Vesperis solemnibus; nam pro Ter tia, quando Missa est celebranda, quædam alia prædictis sunt addenda; quæ suo loco inferius notabuntur.

*De Vesperis solemnibus, Abbate in Pontificalibus assis-  
sente. Cap. III.*

**C**VNCTIS dispositis, vt Capite præcedenti dictum est, Abbas faciat signum dicendi *Paternoster*. Tunc deponit Mitram, & inclinat se parumper in sua sede; id quod Ministri faciūt etiam in suis; præter Acolitos, qui genu flexo, non inclinant. Dicto *Paternoster*, & *Aue Maria* secretò ab omnibus, Abbas iterum dat signum incipiendi: & eo factò, ipse & omnes surgunt, & vertunt se ad Altare, ita tamè vt nullus Abbati dorsum vertat. Abbas tenens sinistram manum ante pectus, dextera apertâ, facit super se signum Crucis, cantans intelligibili voce, *Deus in adiutorium meum intende*; Cui respondet Chorus: *Domine ad adiuuandum, &c.* Dum autem cantatur versiculus *Gloria Patri*, Abbas, & omnes inclinant se versus Altare; stantes ad, *sicut erat*, & ad intonationē Antiphonæ, & primum versum Psalmi. Interim Magister cæremoniarum affert Presbytero assisenti librum, de quo Abbas legat Psalmos, & Antiphonas, quem Presbyter designatis & notatis prius folijs, super faldistorio reponit. Finito primo versu, sedet Abbas, accepta mitra leuiori (si placet,) & omnes pariter cum eo sedent. Acolitus qui est ad latus Euāgelij, accedit ad sedem Abbatis, & genu flexo ante faldistorium tenet librū apertum vtraque manū à parte inferiori libri, superiori super caput inclinata, vt Abbas commode legat, quæ voluerit. Leget autem Psalmum, alternantibus Assisētibus; & eo lecto innuet Acolito, vt reuertatur ad locum suum. Et sic expectabunt omnes *Gloria Patri* primi Psalmi, ante cuius in ceptionē Abbas deposita Mitra surgit, & inclinatur, stat verò ad, *Sicut erat*  
ad Anti-

ad Antiphonam, ad inceptionem sequentis, & ad primum versum Psalmi: quod idem eodem modo omnes efficient. Tunc reassumpta Mitra sedet Abbas, & alij: Acolitus accedit vt teneat librum; & idem fit in Psalmis qui sequuntur.

Post quartum Psalmum decantatum, incepta Antiphona Ceremoniarius capit de Abaco librum Capitularium, & tradit illum Subdiacono: Acoliti reassumunt Candelabra, & ponunt se ad vtrunque illius latus. Ipse autem tenens librum clausum ambabus manibus eleuatū ante pectus, digitum tamen vnus intra folia, de quibus legendum est capitulum, medius inter Acolitos, ducit ad Abbatem, facta (dum transeunt) Altari reuerentia; & iterum Abbati, cum peruenerint ad sedem eius. Mox expanso libro, & inclinato supra caput, stat ante faldistorium Abbatis instar legis, medius, vt dictum est, inter Acolitos: & expectat, donec Abbas de eo cātet Capitulum. Abbas accipit mitram, & illud cantat. Mox Subdiaconus clauso libro, & ante pectus posito, iterum inclinat, & vadit cum Acolitis ad mediū sacelli ante Altare; vbi, facta profunda reuerētia, vnusquisque discedit ad suum locum.

Dum cantantur Responsorium in Choro sedeat Abbas, inueniens etiam ceteris vt sedeant. Acolitus accedit, & genuflexo, tenet librum, de quo Abbas legere possit Responsorium. Ante inchoationem Hymni surgunt omnes, Abbas deponit Mitram; & stantibus omnibus, vsque ad vltimum versum, in quo inclinant, Hymnus decantatur.

Eo finito, dum dicitur Versiculus, Subdiaconus cum libro & Acoliti cum Candelabris (quæ in suis locis relinquunt in gradu Presbyterij quoties quid aliud ab eis est peragendum) accedunt ad mediū sacelli, & inclinantes ad Altare pergunt ad sedem Abbatis; cui etiam, facta profunda inclinatione, Subdiaconus expādit librum, eodē modo tenens, vt Abbas de eo intonet Antiphonam. Hanc Presbyter assitens (seu qui ex circumstantibus peritior in cantū sit, si id illi à Magistro ceremoniarum sit in iunctum) præintonabit Abbati submissa voce. Tum Abbas voce clara & intelligibili eam inchoat. Chorus cantat, *Magnificat*, (Organo alternante, vt moris est.) Acoliti & Subdiaconus pergunt ad loca sua. Abbas cum Assistētibus recitat, *Magnificat*, & ea finita sedet parumper ipse solus, & imposita sibi Mitra, benedicit incensum, hoc ordine.

Ceremoniarius, cum primam Acoliti deponunt Candelabra in suis locis, tradit vni eorum Thuribulum cum prunis; & Nauiculam incēsi cum

Cocleari alteri; & præcedens eos, & sequēte Diacono Euāgelij, ducit ad sedem Abbatis; antequā omnes profunde inclinant; Acoliti post inclinationem genuflectunt; Presbyter assistens accipit Nauiculam cum Cocleari de manu Acoliti. Tunc Diaconus Euangelij capit Thuribulum de manu alterius, & genuflexo applicat illud Dextræ Abbatis, dicens. *Domne sube benedicere.* Abbas accepto incenso in Cocleari de manu Presbyteri assistentis, proijcit super prunas in modum Crucis, dicens. *Ab illo benedicatur, &c.* Tunc surgunt omnes. Presbyter assistens traddit Nauiculā Magistro cæremoniarum: Acoliti re asunt Candelabra: Abbas accipit Baculum: & signum Crucis super se faciens; ac Gremiale deponens, quod Seruitor Ecclesiæ accipiet, ac portabit ad Abacum; precedente cæremoniarum Magistro; inde Acolitis cum suis Candelabris; mox Diacono Euāgelij cum Thuribulo, & ad eius dexteram Presbytero assistente; inde Abbate inter assistentes Diaconos, quos sequuntur Seruientes de Baculo, et de Mitra; vel si non fuerit locus tantæ Processioni, dispositis meliori forma, qua potuerint, pergēt ante Altare; vbi expansis omnibus in modum alæ, aut circuli; Abbas deponit Baculum, et Mitram. Tunc profunde inclinatur, et ascendit Gradum Altaris, quod deuote osculatur in medio eius: mox accepto Thuribulo de manu Diaconi Euangelij genuflexi, eleuantibus assistentibus Diaconibus latera Pluuialis, Thurificat Crucem, et Altare ipsum versus dexteram, et sinistram illius partem; triplici Thuribuli ductu versus quamlibet; et alio triplici demissori brachio, inter ipsum Abbatem et Altare. Tunc profunde inclinans descendit de primo Altaris Gradu, receptisque Baculo et Mitra, redit ad sedem suam; vbi stans cū eisdem Baculo atque Mitra Turificatur à Presbytero assistente; cui Diaconus Euangelij (ad hoc) traddit Thuribulum; Thurificatur autem triplici ductu. Mox deposita Mitra perseverat stans cum Baculo, vsque dum finito Cantico, dicatur *sicut erat.* Interim Subdiaconus, qui solus fuerat ad Scamnum iuxta Abacum, reuersus post incensationem cum Abbate, capit Thuribulum de manu Presbyteri assistentis; et primo ipsum, mox assistentes Diaconos; inde Euangelij Diaconum thurificat; vnumquemque simplici ductu Thuribuli; et non amplius. Cæremonarius capit Thuribulum de manu Subdiaconi, et traddit illi Librum pro Collecta; Presbyter assistens eam signat Abbati. Finito *sicut erat*, Abbas re assumpta Mitra sedet, dum cantantur Antiphona, et ad *Kyrieleison* deponit Mitram, atque intonat *Paternoster*, integrum in voce, sedens etiam; sed parūper inclina-



inclinatus. Inde stans cantat *Dominus vobiscum*, Subdiaconus inter Acolitos medius tenet Librum, de quo Abbas cantaturus est Collectam, qua finita, Subdiaconus & Acoliti redeunt ad loca sua. Dum autem in Choro dicitur, *Spiritus Sanctus*, &c. Veli forte fuerint aliae cōmemorationes, omnino in excussabiles, vt Assumptionis, in die S. P. Bernardi, Abbas hæc omnia recitabit, respondentibus his qui illi assistunt. Inde sedet, quousque Chorus finiat, reasumpta Mitra. Finitis autem omnibus quæ in Choro sunt dicenda, surgit, & accepto Baculo pastorali, & commitantibus omnibus, pergit ad Altare, vbi facta prius profunda reuerentia, retenta tamen Mitra, Baculum deponit: inde versus ad Altare, alta & intelligibili voce cantat. *Sit nomen Domini benedictum*. Cui Chorus respondet. *Ex hoc nunc*, &c. Mox Abbas. *Adiutorium nostrum in nomine Domini*. Chorus. *Qui fecit cælum*, &c. Tūc renes vertens Altari, & faciem Populo, dabit Benedictionem solennē dicens. *Benedicat vos Diuina Maiestas* (hic capit Baculum in sinistra de manu Seruientis de illo) *Pa + ter, Fi + lius, & Spiritus + Sanctus*. Chorus. *Amen*. Dum autem tres Personas Trinitatis nominat; tres Cruces dextra super Populum producit; Primam ad latus dextri ū Ecclesiæ; Secundam ad medium; Tertiam ad sinistrum: quas dum format genuflectūt omnes Ministri, nec minus alij qui assistunt in Ecclesia.

Mox data Benedictione, Abbas reuertitur ad sedem suam, cunctis commitantibus: ibidemque deponit Paramenta, adiuuantibus assistentibus Diaconibus, & deportantibus ea ad Abbacum Ministris eisdem, per quos acceperat. Tunc, reasumpta Cuculla recumbit super faldistorio solus orans: Ministri vero, ordine quo venerant, redeunt ad Sacristiam, vestes deposituri, quibus depositis, iterum redeunt ad Gradum Presbyterij: & ibi genibus flexis, expectant, donec surgat Abbas, quæ præeuntes commitantur omnes ad Cellam suam; ante ingressum autē Cellæ, omnes subsistunt, quasi in Choros diuisi, & dant locum Abbati; vt medius transeat.

---

*De Matutinis, Tertia, & Processionibus; diebus quibus Abbas est celebraturus, Cap. IIII.*

**I**N Matutinis non est vsus nostri Ordinis, vt Abbas Paramenta sacrā capiat, aut Insignijs Pontificalibus vtatur; nisi tantum pro Euangelio

B      decan-

## 10 Pontif. Sacri Ord. Cist.

decantando: pro eo autem, hæcerunt præuenienda.

Sacrista habebit in ante Choro paratum Tapete, & Legile (vulgo *Facistol*) panno serico aut aurifrigiato opertum; duo aut quatuor Candelabra cum cereis albis, aut totidem Funalia etiam de alba cera; Baculum pastorem, & Mitram cum suo velo sericeo apræhendendam, Pluuiiale Pontificalis, & quatuor alia coloris conuenientis.

Post mediatum Hymnum *Te Deum laudamus*. Facto signo per cæremoniarum Magistrum, exeant de Choro Sacrista, & sex, siue octo Monachi. Duo aut quatuor Iuniores pro Candelabris seu Funalibus; & hi, dum alij capiunt Pluuialia, Tapete externent, & Legile locabunt in medio Chori prope sedem Abbatis: duo Seniores, qui Abbati cantanti immediate assistant cum Publiilibus: duo Sacerdotes, qui similiter Pluuialibus induti portent Mitram & Baculum: & tandem ipse Cæremoniarius, & Sacrista; quorum primus, Librum Euangeliorum ad pectus ferat; secundus Pluuiiale, quod Abbati est imponendum.

Hi omnes, dum ante penultimus versus Hymni dicitur, suo ordine Chorum ingrediuntur. Primo Acoliti cum Cereis aut Funalibus; Cæremoniarius cum Missali; post eum Seruientes de Baculo & de Mitra; mox Seniores, qui Assistentes sunt futuri; & tandem vltimo Sacrista cū Pluuiali quo Abbas est vestiendus. Acoliti paufant ad latera Legilis, vel si quatuor sint, ad quatuor eius cornua. Magister cæremoniarum prope ipsum Legile, vt ponat Librum, & designet Abbati vnde est cantaturus: Euangelium & Collectam; & iuxta illum Sacrista ex alia parte: quatuor autem Pluuialibus Induti accedent ad sedem Abbatis, & facta ei profunda inclinatione, medium Abbatem ducent ad ipsum Legile; vbi Pluuiiale accipiet à Sacrista. Tunc cantat Euangelium & Collectam: & intonato *Deus in adiutorium*. Aufertur ab eo Pluuiiale per eum qui intulit. Nullus autem Ministrorū mouebitur de loco, donec dicto per Chorum *Gloria Patri*, quatuor Monachi Pluuialibus induti Abbatem reducant ad sedem suam. Tunc facta ab omnibus profunda reuerentia, cui ipse Abbas modica capitis inclinatione respondet; ordine, quo intraeunt reuertuntur; factis tam in introitu, quam in exitu, debitis reuerentijs Sacramento.

Pro Tertia ante celebrationem Missæ decantanda, eadem fere obseruanda sunt, quæ cap. 2. & 3, diximus pro Vesperis. Facto primo signo, Ministri committantur Abbatem ad Ecclesiam: in eius introitu Organa pulsa

pulsantur, & eo in propria sede genuflexo, cum assignatis ibi reuerentijs & cæremonijs, Ministri omnes pergunt ad Sacristiam, vt induantur. Eis indutis, pulsatur Campana pro secundo signo. Ipsi processionaliter procedunt cum cæremonijs ibidem assignatis; & præcedente manuum lotionē, ordine & modo, qui ibi sunt dispositi; Abbatem induunt. Indutus, si officium B. Mariæ finitum est in Choro, vt fere semper erit, facit signū pro dicendo *Paternoster* & *Aue Maria*, sedentibus cunctis, & parum per inclinatis in suis sedibus, Mitraque illi ablata per Ministrum. Tunc facto secundo signo, cuncti surgunt: Abbas intonat *Deus in adiutorium*, vt in Vesperis. Cæremoniararius præparat ei Librum pro Hymno & Antiphona: eum congruo tempore traddit Presbytero assistenti. Presbyter signatis folijs dat Acolito, qui primum stant, quandiu Hymnus decantatur (quia eo tempore, etiam stat Abbas) post genuflexo quando sedet pro Psalmis & Antiphona tenet Librum ad frontem, vt supradiximus.

Recitatis per Abbatem & Assistentes Psalmis & Aña, (quod etiam præstabunt alij in suis sedibus) Presbyter assistens inuit Cæremoniarario, qui vocato Subdiacono, ducit eum ad Abacum, vnde Sandalia capit atque Caligas. Mox eodem Cæremoniarario præcedente, idem Subdiaconus, eleuatis manibus ante pectus, ea velo serico cooperta portat ad Abbatem. Tunc adiuuantibus Acolitis; qui tamen prius cum Subdiacono profunde inclinant, genuflectunt ad pedes Abbatis; duo ad latus dextrum faldistorij, & vnus ad sinistrum, Interim Seruientes de Mitra & Baculo, atque ipse cæremoniarum Magister eleuant fimbrias vestimentorum Abbatis, & Gremiale expandunt supra Ministros, quo commodius, decentiusque sic cooperti suum munus peragant. Ipsi, detrahitis Calceis ordinarijs, quos Magister cæremoniarum cum Cuculla reponit; primo dextrum pedem eius caligant & calceant; inde sinistrum, Abbate proprias orationes recitante. Quibus expeditis, & aptatis fimbrijs Pluuialis & Albæ per Acolitos; composito etiam Gremiali per Assistentes; omnes ad sedes suas reuertuntur, profunda prius inclinatione Abbati facta, & Altari, ab his qui transeunt ante ipsum. Tunc sedent omnes, inuente prius Abbate, dum dicuntur Psalmi in Choro, surgentes tamen ad *Gloria Patri*, & per integrum primum Versum Psalmi sequentis, quo tempore Abbas stat etiam sine Mitra. Dum Aña cantatur, sedet Abbas cum Mitra & omnes alij, præter Subdiaconum, qui in

ter Acolitos cum Candelabris positus ducit Librum ad Abbatem, vt cantet Capitulam; quem tenet a parte inferiori ambabus manibus, capite verò a parte superiori. Finita Aña, Abbas surgit & cum eo omnes; & stans adhuc cum Mitra cantat Capitulam. Dicto per Chorum versu, sedet iterum deposita Mitra; & inclinatus post *Kyrie eleison*, recitat *Pateroster*. Subdiaconus genuflectit Librum tenens, & cum eo Acoliti. Abbas in tono plano cantat. *Et nemos inducas. Dominus vobiscum*. Et Collectam. Dicto autem. *Benedicamus Domino*, resumit Mitram. Subdiaconus & Acoliti surgunt, & facta Abbati reuerentia, pergunt ante Altare, vnde facta illi alia inclinatione, discedunt vnusquisque ad locum suum.

Interim, dicto *Spiritus Sanctus* in Choro, atque *Fidelium*. Catores, si habenda est Processio, illa disponunt; Abbate & Ministris, dū disponitur, sedentibus. Incepta autē, genuflectēt, aut stabunt, prout id quod cātatur postulauerit. Cum primum incipit egredi Processio, Abbas assumit Baculum, & Mitram, si eam ante deposuerit; nisi tamen Processio fiat cum Eucharistia; quo casu abstinēbit à Mitra in Processione. Assistentes deponunt Gremiale, & tradunt Seruitori Ecclesiæ, vt seruet illud, & restituat in suum tempus.

In Processione vero, sic incedent. Diaconus Euangelij medius inter Acolitos præcedet Crucem ferens; nisi Alius robustior sit, qui eam portet. Inde sequetur Conuentus in duos Choros, & inter eos Cantores cum Pluuiialibus. Subdiaconus incensando discurret cum Thuribulo & Nauicula versus finem. Caremoniarus, & qui de Baculo ministrat Pluuiialibus induti, vt erant. post sine socio Presbyter assistēs. Mox Abbas inter assistentes Diaconos Baculum in manu portans, vt dictum est: & post Abbatem Seruiens de Mitra.

Id vnum tamen aduertendum est; quod si Processio sit nimis duratura, aut Abbas senex sit, aut imbecillis; poterit dare Baculum portandum Ministro qui de eo seruit. & tunc caremoniarum Magister ad sinistram, & Presbyter assistens ad dexteram incedent. Seruiens de Baculo post ipsos ante Abbatem. Et in hoc casu, Diaconi assistentes non deponunt Gremiale, sed illum deferent expansum ante Præsulem, vt moris est.

Quoties in Processione Abbas Orationem recitat, aut genuflectit, auferenda est ei Mitra per Ministrum. & cum finit, aut surgit, restituenda.

Reliqua

Reliqua suis locis notabuntur.

Finita Processione, sistit Diaconus cum Cruce, & Acoliti in Gradu Presbyterij: reliqui omnes pergunt ad suas sedes. Abbas deposita Mitra, & Baculo, si portauit illum, flectit genua; & sic cantat Collectam. Respondet Chorus. Tunc surgunt omnes, & Diaconus dat Crucem Seruitori Ecclesie. Acoliti deponunt Candelabra in suis locis: Chorus incipit cantans Introitum Missae, & Ministri Abbatis preparant se, ut eum ulterius induant sacris Vestibus.

*De Missa Pontificali, & eius Cæremonijs, vsque ad Euangelium. Cap. V.*

**I**Ncepto Introitu per Chorum, Cæremonarius & Acoliti, depositis Candelabris, ad Abacum accedunt. Abbas deponit Mitram, Pluuiale, Anulum, ac Chirotecas; sed si gestauerit in Processione, prius Gremiale. Mitram capit Minister qui de ea seruit, Pluuiale & Chirotecas Diaconus Euangelij atque Subdiaconus. Nam Assistentes solum habent adiuuare, atque exuere. Porro Pluuiale Seruitor Ecclesie defert ad Sacristiam; ut pote quo iam non amplius sit utendum. Gremiale vero ponitur seorsim cum Cuculla plicatum, vel super Puluinum faldistorij expansum de relinquitur. Primus Acolitus defert Abbati Tunicelam. Secundus Dalmaticam, quas assistentes Diaconi suscipiunt, induunt, & coaprant, Chordulis etiam hinc & inde super humeros astrictis, dicente Abbate proprias orationes. Cæremonarius ponit Manipulum intra Missale, unde suo tempore Abbati deferatur. Indutus Dalmatica sedet Abbas & imponuntur ei Chirotecae per Diaconum in dextra, & per Subdiaconum in Sinistra, Chirotecis prius, & post manibus ipsis Abbatis oscularis. Cæremonarius adducit Planetam seu Casulam. Tunc surgit Abbas ut ea sibi imponatur, coadiuantibus assistentibus Diaconibus, & ipso orationem Planetæ recitante. Mox iterum sedenti Abbati imponitur Mitra præciosa per Seruientem de ea (nam hac potissimum occasione, præciosiori Mitra qua habeatur, coloris tamen conuenientis est utendum) Demum per Presbyterum assistentem imponitur Anulus Pontificalis Digito Anulari Dextræ manus eius, Anulo prius & ma-

nude osculatis. Dum hæc accipit Abbas, non minus recitat proprias orationes, etiam pro his quæ ante Tertiam iam acceperat: & post dicendam in susceptione Anuli, recitat eam quæ susceptioni Manipuli respõdet, quamuis Manipulum tunc non accipiat; quia postea accepturus est, tempore omnino impedito ad recitandum.

Interim cantato Introitu per Chorum, cum peruentum fuerit ad *Gloria Patri* omnes inclinant, Abbate ad hoc Mitram non deponente; cum vero inceperit Chorus. *Sicut erat*, stat Abbas, & accepto Baculo pastoralis, ac præcedentibus, suo ordine, Ministris, pergit ad Altare; hoc seruato, quod Seruientes de Baculo & Mitra post eum vadunt.

Ante Gradum Altaris sistunt omnes, & extensi ad Gradum illius, Abbatem medium capiunt; quem proxime tangunt ab utroque latere, non iam Diaconi assistentes, vt tempore quo est in sua sede; sed Presbyter assistens à dextris; à sinistris autem Diaconus Euangelij; inde Diaconi assistentes; vnusquisque à suo latere. Tunc omnes profunde inclinât ante Altare. Abbas deponit Mitram atque Baculum, & ascendens Altare & manibus vtrimque ad cornua eius expansis, osculatur in medio, & incipit secreto dicere. *Veni Sancte Spiritus. Quo finito, & Paternoster, & Ave Maria*, per ipsum recitatis, parumper secedens ad oram Gradus, dicit. *In nomine Patris, &c.* Et facit Confessionem, cui Assistentes & Diaconus Euangelij respondent: dum autem dicunt. *Et tibi Pater & Te Pater* omnes ad eum se vertunt, & profundius inclinant. Cæremonarius capit de Abaco Librum Euangeliorum, seu Missalem in quo repositus est Manipulus Abbatis, & tradidit illum (Librum scilicet cum Manipulo) Subdiacono; qui, cum dixerit Abbas, *Indulgentiam, Absolutionem, &c.* Illum applicat sinistro ipsius brachio, osculatis prius manu, atque Manipulo.

Finita Confessione, Abbas adhuc inclinatus summissa voce dicit. *Aufer à nobis, &c.* Tunc accedit ad Altare; & super illud manibus extensis, iterum osculatur in medio eius. Subdiaconus offert Abbati Librum Euangeliorum, seu Missalem apertum in Euangelio cantando in ipsa Missa; Abbas tangit Librum vtraque manu, & mox illum osculatur, eleuante Librum Subdiacono ad os Abbatis; & adiuuante Presbytero assistente. Tunc accedit ad Altare vnus ex Acolitis cum Thuribulo & Nauicula; quam porrigit Diacono Euangelij, & ille Abbati Cocleam cum incenso; Acolitus genuflexo eleuat Thuribulum: Diaconus profunde

funde inclinans. *Domne iube, &c.* Abbas proijciens incensum in prunas in modum Crucis. *Ab illo benedicatur, &c.* Tunc Diaconus capit Thuribulum de manu Acoliti & traddit illi Nauculam incensi: Thuribulum autem dat Abbati cum osculo manus. Abbas accepto Thuribulo de manu Diaconi, thurificat Altare triplici ductu Thuribuli ad dexteram, triplici ad sinistram, & triplici de medio, demissa manu, prout in Vesperis dictum est: Reddit deinde Thuribulum Presbytero assistenti, & accepta Mitra, stat in cornu Epistolæ tangens ipsum Altare dextro latere, & respiciens ad suam sedem & latus Euangelij, iunctis manibus & supra pectus eleuatis, incensatur à Presbytero assistenti triplici ductu Thuribuli factis ei reuerentijs, ante, & post. Tunc Abbas accedit ad medium Altare, & facta ibi profunda inclinatione, medius inter Diaconos assistentes reuertitur ad sedem suam. Presbyter assitens reddit Thuribulum Acolito: Diaconus & Subdiaconus remanent apud Altare, explicant Corporalia, & Calicem præparant Vino consecrando, effusa prius gutta eius in labio Lancis, & degustata per Ecclesiæ Seruitorem, aut alium ex Ministris. Abbas ad sedem suam stans deponit Mitram, & traddit Baculum Ministro de eo seruienti. Mox facto sibi signo Crucis à fronte ad pectus, legit Introitum; quem præparatum ad hoc debet habere Presbyter assitens; sustinet autem vnus ex Acolitis tenens supra caput, vt dictum est; Assistentes hinc inde ostendunt digito quæ legenda sunt, & vertunt folia. Presbytero quasi super intendente in his omnibus. Inde stans etiam Abbas sine Mitra dicit *Kirieeleison*. Respondentibus qui sibi Assistent: Tunc sedet, & accepta Mitra simplici, si placet, & reassumpto Gremiali, sedent omnes; in eisdem sedibus quas habuerunt in Vesperis, & Tertia. Et sic expectant quoad usque cæteretur in Choro *Kirieeleison*. Interim Subdiaconus committente Acolito cum Pelui & Vrceo aquæ, & præcedente cæremoniarum Magistro, aducit Calicem ad Abbatem cum Purificatorio, & paruo Cocleari argenteo illi adiuncto, vt infundat aquam; & genua flectentibus, Subdiaconus porrigit Coclear Abbati dicens: *Domine iube benedicere*. Cæremoniarius sumit Vrceum aquæ de manu Acoliti & prægustata prius gutta aquæ in labio Lancis, seu Peluis, Cocleari infundit. Abbas effusa parte aquæ, quæ vi debetur, reliquam mittit in Calicem dicens, *Ex latere Domini nostri, &c.* Vt in Ordinario. Tunc surgunt omnes, & profunde inclinantes Abbati ad Abacum, vnde venerunt, reuertuntur.

Cum cantatur in Choro vltimum *Kyrie eleison*: surgunt omnes Ministri, & circumstant Abbatem; finito autem Cantu surgit Abbas, & deposita Mitra, versa facie ad Altare, & se illi aliquantulum inclinans, cantat alta voce, *Gloria in excelsis Deo*. Quod Canticum prosequente Choro, ipse recitat cunctis adiuantibus; Librum vero sustinet Presbyter assistens, aut si ipse senior sit & imbecillis, Diaconus Euāgelij, quādiu Abbas cantat; cum vero recitat, vnus ex Acolitis. Diaconus siue Presbyter stans: Acolitus stās, aut genuflectens, prout fuerit Abbati accommodatus. Et hoc quidem in tota Missa erit seruandum.

Recitato integro Hymno, siue Cantico, sedet Abbas accepta Mitra, & cum eo omnes quousque Chorus etiam Cantum finiat. Quo finito, seu Organo cesante, surgit Abbas, & cum eo omnes; & deposita Mitra conuersus ad Populum manus prius coniungens & post separans sicut cum dicit. *Dominus vobiscum*, & in eodem tono cantat *Pax vobis*. Resp. Chorus *Et cum Spiritu tuo*. Inde versus ad Altare cantat Collectam, respondente autem Choro *Amen*, sedet, & reasumit Mitram, Subdiaconus capit Librum de Abaco, factisque Altari & Abbati debitis reuerentijs, præcedente cæremoniarum Magistro discedit ad Legile in loco consueto, vt cantet Epistolam extra Presbyterium. Dum cantatur Epistola sedent omnes, solus Cæremoniarius stat à sinistris Subdiaconi cantantis. Abbas legit Epistolam in sua sede sustentante Libro altero ex Acolitis, vt dictum est, & designante Presbytero assistente.

Finita Epistola, Subdiaconus & cæremoniarum Magister profunde inclinant, accepto autem Libro clauso per Subdiaconum committante cæremoniarum Magistro defert eum ad sedem Abbatis, et reponit super Puluino faldistorij. Abbas extendit super Librum manum Dextrā, quam osculatur Subdiaconus genuflexo. Tunc surgit, et factis reuerentijs, discedit ad Abacum seu Altare; vbi cum Diacono Euāgelij legit Tractum; et expectant tempus Euāgelij decantandi. Abbas designante Presbytero assistente et Librum tenente Acolito, vt dictum est, etiā legit Tractum, &c. vsque ad Euāgelium exclusiue.

Dum cantatur in Choro Alleluia, seu vltimo versu Tractus, Acoliti reasumunt Candelabra, Subdiaconus Thuribulum, et Diaconus Librum Euāgeliorum, Seruitor Ecclesiæ Nauiculam incensi; et procedentes cum Cæremoniaro ante Abbatem, Diaconus genuflexus, et inclinans Librum parumper in Puluino faldistorij, dicit. *Domine iube benedi-*



*nedicere. Cui Abbas. Dominus sit in corde, &c.* Tunc Diacono permanente adhuc genuflexo, Subdiaconus similiter genuflectit, & eleuans Thuribulum supponit manui Abbatis dicens etiam. *Domne iube benedicere.* Tunc Abbas accipiens de manu Presbyteri Cocleam cum incenso, quod Seruitor Ecclesie ei præparabit mittit incensum in prunas per modum Crucis dicens, *Ab illo benedicatur, &c.* Tunc surgit vterque, & facta per eos & Cæremoniariū profunda reuerentia Abbati, pergunt ad Legile, præcedente Cæremoniario, mox Subdiacono, & post eum Diacono portante Librum ante pectus, & incedente medio inter Acolitos. Locus autem vbi cantandum erit Euangelium eligitur pro commoditate Sacelli & dispositione loci, hoc animaduerso, quod ita seruetur latus Euangelij vt nullus vertat renes Altari, neque Abbati. Duo Iuniores Monachi cum Funalibus exeunt de Sacristia, & inclinantes ante Gradum Presbyterij stant quoadusque finiatur Euangelium. Diaconus deponit Librum super Legile Cum autem tempus fuerit decantandi, iūctis manibus ante pectus incipit, & cū dicit. *Dominus vobiscum* Abbas surgit, & deponit Mitram: cum vero dicit. *Sequentia Sancti Euangelij* Abbas accipit Baculum, & stans versus Diaconum cantantem Euangelium retinet illū manu Dextera si vellit, Sinistra ad Gremiale applicata; vel ambabus manibus iunctis ante pectus, relicto Gremiale assistentibus Diaconibus. Dum in Choro Respondetur *Gloria tibi Domine*, Subdiaconus offert Thuribulum Diacono qui thurificat Librum primo in medio, deinde à parte dextera, mox à sinistra, simplici ductu pro qualibet parte: mox reddit Thuribulum Subdiacono, qui Librum simul & Diaconum cantantem triplici alio ductu etiam thurificat. Diaconus prosequitur Euangelium, & eo finito, & eisdem commitantibus defert Librum apertum Abbati, & genuflexo offert osculandum initium Euangelij decantati; quo osculato, & factis debitis reuerentijs, redeunt ad loca sua. Iuniores tenentes Funalia, facta prius Altari reuerentia, redeunt ad Sacristiam.

Abbas ante, vel post osculatum initium Euangelij sustinente Librum Presbytero assistenti, vel duobus assistentibus Diaconibus, intonat. *Credo in vnum Deum.* Inde prosequitur, alijs adiuuantibus, & ad Versiculum *Et incarnatus est* omnes genuflectunt. Recitato Symbolo, sedent omnes & Abbas cum Mitra. Cum autem prædictus Versiculum catur in Choro, Abbas retenta Mitra profunde inclinat, cæteri omnes

Ministri genuflectunt. Circa finem Symboli surgunt omnes: eo profusus in Choro cantato surgit Abbas; & deposita Mitra, stans in sua sede cantat versus Populum: *Dominus vobiscum* & *Oremus*: & Mox legit Offer toriam summissa voce. Eo lecto Presbyter assistens, committante Cæ remoniaro, portat Librum apertum ad Altare: vbi prosequenda est Missa. Chorus cantat Offertorium, aut dum recitat, Organa pullantur, quibus cesantibus incipietur Sermo, si sit habendus.

*De Concione, quando habenda est, & reliquis vsque ad finem Missæ, Cap. VI.*

**S**I Sermo habendus sit ab Abbate celebrante, vt in his diebus conuenientius & decentius est, & possit satis videri & audiri in sua sede; ex ea concionem ad Populum habebit. Libro Missali aperto in loco Euangelij de quo est Sermo, & super faldistorio seu sitiali posito; vt inde legere possit quod voluerit. Ministri omnes sedebunt in suis locis. Abbas sedebit cum Mitra atque Gremiali; nisi forte calor causa Mitram deferat; sed hoc non fiet; nisi, vt minimum, post Salutationē. Si sedes Abbatis ad concionandum commoda non sit, præparabitur ei alia prope Altare; vbi versus eidem Altari renibus sedebit in latere Euāgelij Gremiali deposito, & prope illum primus Diaconus assistens. Ante Sacramenti Custodiam nullus stabit; sed in latere Epistolæ assistens Presbyter, & post eum alius Assistens ex Diaconibus. Si vero neque ex Altari commode audiri valeat, parabuntur sedes in Gradu Presbyterij, in medio eius, eisdem modo & ordine dispositæ, quibus in propria sede disponuntur: sed tunc assistentes Diaconi Gremiale tenebūt ante Abbatem; ad quem etiam Presbyter assistens parumper scabellum suum conuertet. Alij omnes sedebunt iuxta in suis scamnis. Vbicumque autem concionetur Abbas in Pontificalibus habebit ante se faldistorium seu sitiale; & super illud Librum apertum, vt dictum est. Finita Cōcione, dicit. *Misereatur vestri, & Indulgentiam absolutionem, &c.* Vt communiter fieri consuevit.

Quod si Alius ab Abbate sit concionaturus, egredietur de Sacristia; siue de Choro ad finem Euangelij: & si *Credo* cantatur in Choro maneat

neat genuflexo ante Gradum Presbyterij, quoadusque dicatur. *Et homo factus est*: sin minus, quoad vsque Abbas cum Ministris totum recitet. Tunc ducente cæremoniarum Magistro pergit ad Abbatem, debitis prius factis reuerentijs, & genuflexo ante eum, caput inclinans dicit. *Iube Domne, &c.* Deinde Abbas. *Dominus sit in corde, &c.* Et accepta Benedictione osculatur manum eius, & descendit, Cæremoniaro ipsum vsque ad Gradū Presbyterij commitante; vel si fuerit Persona maior, etiam vsque ad Ambonem seu Pulpitum, Abbas & Ministri audiunt ex suis sedibus cum Mitra atque Gremiali. Concionator suo tempore incipit Concionem, & parum à principio nominat, reuerentiæ causa, Abbatem ad ipsum se inclinans. Concio regulariter loquendo breuior erit: & ea finita, non dabit Absolutionem, sed remittet per Benedictionem solennem Abbatis obtinendam.

Quod si contingat eum qui concionaturus est esse etiam Abbatem; Abbas celebrans non dabit ei Benedictionem sedens, sed stans, licet cum Mitra; neque ipse manum illius osculabitur. Si vero fuerit Generalis superior ipsius Abbatis celebrantis, vltra hoc celebrans profunde se inclinat: duo seruientes de Baculo & Mitra ipsum commitantur ad Ambonem, præcedente cæremoniarum Magistro; sequentibus duobus Socijs Generalis, cum suis Cucullis; post quos Seruientes de Baculo & Mitra ibunt cū suis Puualibus. Inde Reuerendissimus qui est cõtionaturus. Cum autem peruenerit ad Ambonem per medium eorum profunde inclinaturus rectus & parumper ad vtrumque latus respiciens pertransibit. In Concionis initio non nominabit Abbatem celebrantem, & finita Concione, dabit Absolutionem; non secus ac si Abbas celebrans non esset.

Demum si Abbas celebret presenti Generali, quorum neuter concionaturus sit, sed Alius tertius. Concionaturus siue exeat de Choro, siue de Sachristia prius vadit ad Generalem petiturus ab eo Benedictionem; sed poterit Generalis, si voluerit, ipsum remittere ad Abbatem celebrantem. Quod idem fiet in solènniori Benedictione incensi post Ofortorium & Concionem; si Conuentus sit in Choro inferiori & Generalis cum ipso assistet in sua sede.

Finito Sermone, Abbas, si extra suam sedem est, ad eam reuertitur, cunctis eum commitantibus, vt solent. Cæremoniarus & Acoliti procedunt ad Abacum; inde capiunt Lancem cum Vrceo atque Tobalea

& Discum paruum, (quem *Saluilla* vocant) pro reponendis Abbatis Chirothecis, atque Anulo; & sequentibus eos Diacono Euangelij atque Subdiacono, pergunt ad sedem Abbatis iam sedentis. Factis autē debitis reuerentijs, & genuflexionibus; Abbas deponit Anulum & Chirothecas in Disco; & iterum lauat manus, & extergit iuxta formam dictam capite secundo; sine tamē preguustatione aquæ, quæ prima tantum vice est facienda. Tum reasumpto, si libet, Anulo, quem Presbyter assitens ei imponet; surgit de sede: accepto Baculo, medius inter duos Diaconos assistentes tenentes Gremiale, ac subsequenter Ministris de Baculo & de Mitra, procedit ante infimum gradum Altaris in cuius medio vtrumque deponit; & facta Altari profunda reuerentia, ascēdit Gradum. Diaconi assistentes discedunt cum Gremiali. & loco eorum succedunt Presbyter assitens à sinistris, adextris vero Diaconus Euangelij. Abbas cum fuerit ante Altare osculatur in medio illius Tabulam expansis manibus supra eandem ad vtrumque latus.

Subdiaconus postquam Abbas lauit & terfit manus ad Abbacum reuertitur, & cum eo Cæremoniarius, & Acoliti instrumenta lotionis & Discum cum Chirothecis reportantes. Inde Subdiaconus sumit Calicem & Patenam, velo sericeo circa humeros aptato & pendente ad latus dextrum, vt eo medio tangantur à portante. Diaconus capit de manu Subdiaconi Calicē & Patenam cum duabus Hostijs; ex quibus vnā accipit, & cum ea alteram tangit; & similiter labia Calicis per circuitū, & mox eandem Seruitori Ecclesiæ dat ibidem ante ipsum degustandā. Tunc Calicem & Patenam Abbati porrigit; qui suscipit & offert vt in Missali. Oblatione facta, Presbyter assitens operit Calicem & Hostiā cum Corporalibus. Seruitor Ecclesiæ adducit Thuribulum cum Nauicula, quam Diacono tradit, & ille Coclear cum incenso Abbati (nisi tamē fuerit ibi Generalis; quo casu, prius itur ad illum, vt dictum est) dicens. *Domne iube, &c.* Vt supra. Tunc Diaconus reddita Nauicula Seruitori Ecclesiæ, & accepto ab eo Thuribulo, tradit Abbati cū osculo manus. Abbas thurificat Calicem & Hostiam ter triplici Thuribuli ductu repetito, ad formam consuetam. Mox tradit Thuribulū Presbytero assistenti, & accepta Mitra stans ad cornu Epistolæ respiciens sedem suam, manibus iunctis, & ad pectus eleuatis, thurificatur ab eo tripliciter etiam ductu. Tunc Subdiaconus accedit cum Vrceo & Lance; & antequam Abbas conuertatur ad Altare, aliquantis per magis ad eos  
versus

Verfus dicit, *Lauabo inter innocentes*, & lauat manus. Presbyter assistens dat Thuribulū vni ex Acolitis, & Abbate ad mediū Altaris stante, ipse parumper ab Altare remotus lauat manus, & post ipsum Diaconus, quibus alter Acolitus Tobaleā subministrat. Inde accepto à Subdiacono Vrceo atque Lāce per aliū Acolitū qui Thuribulu accepit seu per Seruitorem Ecclesiæ, ipse etiam lauat manus, atque tergit.

Hinc prosequuntur omnia vt in Missali iuxta Ordinis consuetas cæremonias. Nisi quod Presbyter assistens semper adest à sinistris Abbatis, & vertit folia, atque adiuuat in omnibus: vnde quoties Diaconus accedit stat adextris.

Post *Sanctus*, Egrediuntur de Sacristia duo, vel quatuor Iuniores cū Funalibus; qui factis reuerentijs, ante Gradū Presbyterij genuflectunt, et sic persistunt vsque ad eleuationē secundæ Hostiæ. In eleuatione Primæ & Calicis, Cæremoniarius accepto Thuribulo incensat, vt solet fieri per Ecclesiæ Seruitorem. Presbyter assistens & Diaconus in ipsa eleuatione, eleuant simbrias Planetæ a posteriori parte, & sic proceditur vsque ad Communionem. Qua peracta, & purificatis digitis Abbatis, imponitur ei Mitra per Seruientem de ea. Tunc integre lauat manus more solito, Presbytero assistente Tobaleam ministrante; post Librum tamen Missalem iam translatum.

Abbas, deposita Mitra, legit Communionem, & reasumpta dicit, *Dominus vobiscum*, & *Oremus*. Mox cantat Collectam sine Mitra, quā reasumit ad vltimum, *Dominus vobiscum*, & ad *Placeat tibi Sancta Trinitas* deponit.

Mox si adsit Generalis retrocedit paululum ad latus Epistolæ, quasi Benedictionem ipsi vt superiori dandam remittens. Ipse vero Generalis omnino eam Abbati celebranti relinquat. Abbas stās in medio Altaris reasumpta Mitra, cantet, *Sit nomen Domini benedictum*. Et item *Adiutorium nostrum*, Vt in Vesperis. Tunc versis Altarirenibus, & accipiens in manu Sinistra Baculum pastoralem, Dextra faciat ter Crucem super Populum, dicens, *Benedicat vos diuina Maiestas, &c.* Ad quam Benedictionem omnes Ministri, & alij genuflectent.

Reliqua omnia post Benedictionem sicut sicut dictum est in Cap. de Vesperis solennibus.

*De Missa Pontificali pro Deffunctis. Cap. VII.*

**I**N Missa Pontificali pro Deffunctis, hæc specialiter erunt obseruanda. Abbas in hac Missa non utitur Sandalijs, nec Chirothecis, neque Baculo pastorali, neque Gremiali. Non ministrabunt ei Diaconi assistentes; sed tantum Presbyter assitens, Diaconus Euangelij atque Subdiaconus, Cæremoniarius, Seruiens de Mitra, & duo Acoliti. Non præparabitur sedes sub Umbraculo, nec faldistorium seu sitiale cum Puluinis & panno sericeis; sed vel omnino nudum, vel panno laneo nigro coopertum; quo etiam Puluini operiantur, si non sint nigri & lanei. Sedes erit nigra, vel panno laneo nigro cooperta. Abbas antequam induatur non recitabit Antiphonam *Nere minisearis*: nec leget Psalmos consuetos, *Quam dilecta*, &c. Sed tantum Orationes proprias pro Paramentis. Cum accedit ad Altare, Confessione finita, osculabitur Altare; sed non Librum, nec thurificabit, aut thurificabitur; sed statim ad sedem suam reuertetur, vt legat Introitum. Ministri aliquid dantes aut recipientes ab Abbate in tota Missa, nunquam manum eius, aut rem osculentur. Pro Euangelio decantando non deferantur luminaria per Acolitos; neque incensum, neque Diaconus petet Benedictionem genuflexo ante faldistorium, sed prope Legile, & tantum inclinatus. Finito Euangelio; Abbas non osculabitur illius initium: sed statim dicet *Dominus vobiscum*, & *Oremus*. Post Offertorium imponitur Thus in Thuribulo, more solito: & thurificantur Oblata; & Abbas à Diacono. Sic etiam thurificantur per Cæremoniarium Calix & Hostia cum eleuantur. Abbas in fine Missæ non dat Benedictionem solennem, sed Ordinariam.

Finita Missa, redit ad suam sedem, commitantibus cunctis, ibi deponit Planetam, Dalmaticam & Tunicellam; quas Acoliti & Cæremoniarius deferunt ad Abacum, & adducunt Pluuiale nigrum, quod ei adaptat Presbyter assitens.

Concio, si habenda sit, habeatur loco & tempore consuetis; nec minus petatur à Concionatore Benedictio; ita enim in ordine est receptum:

Abbas Pluuiali indutus, vt dictum est, si habenda sit Processio  
pro

pro Defunctis, vt in die Animarum, procedat medius inter duos Seniores, cum Cucullis, quos Presbyter assitens passum antecedit, Seruies vero de Mitra subsequatur. Reliqua omnia fiant, sicut in Vlu.

Si vero non fuerit Processio, & alias fuerit tibi Corpus Defuncti præfens; aut Feretrum, quod ipsum repræsentet; Abbas descendet de sua sede ad caput Feretri; & ibi stans medius inter eisdem officium faciet, Diacono existente cum Cruce inter Acolitos cum suis Candelabris ad pedes Feretri; Subdiacono vero aspergente, & porrigente Abbati Aspersorium cum opus fuerit. Seruiens de Mitra semper aderit post Abbatem; & eam imponet quandiu cantetur Responsoria; detrahet autem ad primum *Kyrie eleison*, quandiu dicitur, *Pater noster*, & cantatur Collecta. Cætera fient prout in Processionario. Presbyter librum tenebit, & in eo dicenda designabit.

Si Corpus Monachi Defuncti sepultura tradendum sit, Abbas poterit Paramenta capere in Sacristia; & inde pergere cum suis Ministris & Conuentu ad Loquorium, vel ad locum vbi positum est Feretrum: & statim ducent eum ad Ecclesiam, & perficient Officium. Consistente autem corpore ante Gradum Presbyterij, Abbas benedicat incensum, prius quam thurificet Corpus; afferente Thuribulum cum Nauicula Seruitore Ecclesie seu Cæremoniarum Magistro, & offerente Colear cum incenso Abbati Presbytero assistente.

Dum autem cantat Chorus primum Nocturnum; si Missa dicenda non sit, Abbas se deat in sua sede in Presbyterio, commitantibus illum omnibus qui parati sunt sacris Indumentis, & non in Choro. Semper autem eum comitabitur Presbyter assitens. Aspergit, & thurificat Abbas cum Mitra, siue Sepulturam, siue Corpus; cum qua etiam Sepulturam benedicat, atque cantat Antiphonas, & Psalmos. Deponit autem ad *Pater noster*, & Collectas. Et item dum per Chorum reperitur. *Domine miserere super Peccatorem*; quo tempore ipse etiam genuflectit. Reliqua fiant, vt in Processionario sunt notata.

Finita Missa, Abbas & Ministri ad Sacrificiam pergunt, vt sacris Paramentis exuantur. Conuētus stat quoadusque per transferunt. Tūc proferternari omnes Psalmos recitant, vt moris est. Abbas & reliqui ad Ecclesiam redeunt in Cucullis, & Conuentui prostrato se incorporant, preparato prius Tapete cum Puluino, adque Libro pro Abbate. Inde finitis Psalmis, cum *Requiem æternam*, *Kyrie eleison*, & *Pater noster*.

Dicit

Dicit Versus et Collectam, pro vt in eodē Processionario sunt notatā.

Quod si Corpus sit Reuerendissimi Generalis actualis (vel alicuius Episcopi de Ordine assumpti) & possint quinque Abbates congregari pro Funere, aut Nouē dialibus Exequijs, multo solemnus hæc omnia perficientur.

De ducto Corpore ad Ecclesiam cantetur Missa, aut Nocturnus (illius loco,) ad finem autem cuiuslibet ex his; quatuor Abbates non celebrantes, præcedentibus (vt minus) quatuor Monachis qui eos sunt cōmitaturi, ad Sacristiam pergant congruo tempore. Induti Albis, Stolis, & Pluuiialibus, atque Mitris operati exeant de Sacristia bini, & bini: singulos autem commitetur alius Monachus cum velo sericeo cuiuslibet de Mitra seruiturus. Cum processerint ante Gradum Presbyterij, quatuor Monachi, qui ipsos commitantur, inclinent profunde ante Altare. Tūc se ipsos mutuo respicientes, et in choros diuisi, dent locum Abbatibus, vt transeant inter ipsos; et dum transeunt, profunde se illis inclinent. Abbates, facta prius Altari reuerentia, retentis tamen Mitris, pertransibunt, leui capitis inclinatione ipsos salutantes. Monachi vero qui de Mitris seruiunt, non per medium, sed extra, eos sequentur. Tunc Abbas Celebrans procedet illis obuiam, & mutuo se inclinantes salutabunt. Tunc Diaconus sumet Crucem, atque Acoliti Cereos, et præcedent. Sequatur Subdiaconus cum Thuribulo et Nauicula. Seruitor Ecclesiæ (seu alius Iunior Monachus) cum Vase aquæ benedictæ, & Asperforio. Inde Magister cæremoniarum cum Presbytero assistente procedente à dextris. Mox quatuor Abbates Mitrati, bini, et bini; et inter vltimos & seniores Abbas Celebrans; quos omnes sequentur Seruientes de Mitris medium ducentes eum, qui seruit Celebranti cum Pluuiali.

Porro autem Crux & Acoliti persistent ad pedes Corporis. Seu Feretri, renibus Altari versis. Quatuor Abbates in quatuor angulis Feretri; vbi habebunt Scabellum preparata, siue Sedes rasas. Abbas Celebrans cum Presbytero assistente ad caput Feretri; ita vt eregione respiciat Crucem, & Altare. Cæremoniarius regulariter Abbatem commitetur à dextris eius; à sinistris autem Presbyter assistens; qui stabunt Abbate sedente in faldistorio. Prope omnes Abbates, Seruientes eis de Mitris. Subdiaconus & Seruitor Ecclesiæ prius prope Celebrantem; post discurrunt pro vt infra erit dicendum.

Tum circumstante Conuentu, surgit Celebrans, et cum eo alij  
Abba;



Abbatēs; & capite de tecto incipiet in tono lectionis Orationem. *Non intres in iudicium cum seruo tuo, &c.* Prout in Processionario. Oratione finita, sedent omnes, capitibus opertis; & Chorus incipit Responsorium *Subuenite Sancti tui*. Tunc tenentes Thuribulum, & Vasem aquæ accedent ad Prælatum digniorem ex quatuor; & medium eum tenentes, Subdiaconus genuflexo, porriget ei incensum, vt benedicat, & mittat in Thuribulum, quo misso, & benedicto, statim surgit.

Cum per Chorum dicitur primum *Kyrie eleison* surgent omnes, capitibus de tectis, & prædictus Prælatus intonabit. *Pater noster*, quod secrete complebit. Et interim accepto Aspersorio, asperget Feretrum, circum circa ambulans, quamlibet partem triplici aspersione; Subdiacono ipsum committante, & subleuante fimbrias Pluuiialis à parte dextra; & dum transierit ante alios Prælatos, ipsos salutabit; & similiter Cruci faciet reuerentiam. Rediens ad locum suum capiet Thuribulum, & eodem modo circundans Feretrum, ter ad quamlibet partem illud ducit. Tandem stans in loco suo dicet: *Et ne nos inducas*: & Orationem *Deus cui omnia viuunt*: pro vt sequitur in Processionario.

Finita Oratione, omnes sedent cum Mitris. Chorus intonat Responsorium *Memento mei Deus*. Subdiaconus, & Seruitor Ecclesiæ transeunt ad Prælatum sequentem; qui dum Responsorium cantatur, benedicat incensum, & facit cetera omnia quæ fecit Prior; ac tandem cantat Collectam *Fac quasumus*, prout sequitur in Processionario.

Iterum finita Collecta, sedent omnes. Chorus cantat Responsorium *Liberame Domine de vijs Inferni*. Thuribulum & Vas aquæ benedictæ defferuntur ad Tertium ex Abbatibus. Ipse benedicat incensum, & præstat reliqua; & tandem, sine *Requie aternam*: aut *Dominus vobiscum*, pro vt fecere Priores, cantat Collectam *Anue nobis Domine*; quæ etiam sequitur in Processionario.

Finita Collecta, iterum sedent omnes. Chorus incipit Responsorium *Ne recorderis*, Thuribulum & Aqua deferuntur ad Quartum Abbatem: qui perfectis omnibus, prout ab alijs tribus tacta sunt, deum cantat Collectam (sine preuio etiam *Dominum vobiscum*) *Inclina Domine* in singulari.

Finita Collecta, iterum sedent omnes. Chorus cantat Responsorium *Liberame Domine de morte aterna*; Thuribulum & Aqua desc

runtur ad celebrantem; qui in omnibus, & per omnia præstat quod  
Priores: & tandem asperso & thurificato Fereto cantat. *Et nemo in-*  
*ducas in tentationem:* Ref. *Sed libera nos, &c.*

Vers. *Requiem eternam dona ei Domine.*

Ref. *Et lux perpetua, &c.*

Vers. *Dominus vobiscum.*

Ref. *Et cum spiritu, &c.*

Oremus.

*Absolve Domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria, inter Sanctos & electos tuos resuscitatus respiret.*

*Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes famulum tuum Generalatus (vel Pontificali) Dignitate vigere fecisti; præsta quæsumus: ut eorum perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum, &c.*

Ref. *Amen.*

Tunc Cætor intonat Antiphonā Chorus Angelorū: & Cōuētus cæ-  
tat Psalmos. *In exitu Israel de Aegypto*, & sequētes: prout in Proce-  
sionario. Corpus defertur in Feretro ad locum Sepulturæ. Abbates  
& reliqui circumstant eum locum & Feretrum eadem positione. Cele-  
brans benedicit Sepulturam recitans Orationes *Pia recordationis*  
*affectu*, ut sequuntur in Processionario; & cætera perficiuntur, prout  
ibidem, vsque ad Orationem. *Oremus fratres Charissimi pro Spiritu*  
*Charinostris, &c.* Qua finita, quinque Abbates cantabunt quinque  
Collectas, quæ sequuntur; vnusquisque suam Collectam, hoc ordine.  
Iunior ex omnibus. *Deus qui humanarum*; & hic stabit semper ad  
angulum inferiorem Feretri sinistrum. Qui sequitur post illum imme-  
diatè, *Debitum humani corporis*; & hic stabit ad angulum dextrum  
inferiorem. Tertius in ordine. *Suscipe Domine animam famuli tui*;  
& hic stabit ad angulum sinistrum superiorem. Dignior è quatuor  
non celebrantibus. *Suscipe Domine Seruum tuum*; & habebit angu-  
lum dextrum superiorem. Et tandem Celebrans. *Te Domine San-*  
*cte Pater*: prout habentur in Processionario: cum reliquis, quæ ibi ha-  
bentur, vsque in finem.

Si corpus non traddatur Sepulturæ; sed tantum fiant exequiæ No-  
uendiales. Finito Responsorio, *Libera me Domine de morte eterna;*  
& canta-

& cantata per Celebrantem. Collecta *Absolue Domine, & Deus qui inter Apostolicos.* Finitur; Officium intonantibus Cantoribus, *Requiescant in pace: & Celebrante. Pater noster:* quem reliqui omnes secreto prosequuntur, & discedent.

Cum dicitur initio cap. Abbatem non vti, in hac Missa, Gremiali neque ei Diaconos assistentes ministrare: intelligendum est quando Gremiale non fuerit coloris conuenientis. Alias liberum est vti hoc insigne.

*De Benedictionibus Candelarum, Ramorum, & Cinerum, in suis proprijs Diebus. Cap. VIII.*

**Q**UIA Abbates iuxta ritum nostri Ordinis etiam non celebrantes, in aliquibus Benedictionibus ante Missam Insignijs Pontificalibus vtuntur; cuiusmodi sunt Candelarum, in Die Purificationis; Cineris Feria quarta in Capite Ieiunij; & Ramorum in Dominica in Ramis Palmarum; opus est, vt de eis etiam dicamus. Et primo quidem, si Abbas celebraturus sit in Pontificalibus, obseruandæ erunt Regulæ communes; quibus id solum super addere oportebit, vt Altare, seu mensa pro benedicendis, taliter iuxta sedem Abbatis præparetur, vt ex ea possit cuncta benedicere; neque opus sit ab ea passum discedere. Quod si id commode fieri nō possit; paretur mensa de facili portatilis, quæ suo tempore ad sedem Abbatis cum Candelis, aut Ramis, deportetur.

Quoniam vero Abbas Feria quarta in Capite Ieiunij numquam celebrat; nec nisi raro in alijs duobus Festis decet (in Pontificalibus saltem) celebrare; pro istorum Dierum Benedictionibus elaborandum erit; vt vel omnino à Pontificalibus abstineat, vel cum decentia & cōpetenti pompa eis vtatur. Talis erit, si iuxta mensam, quæ pro benedicendis præparatur ad latus Euangelij, sedes etiam Abbati præparetur Genusflexorium cum Reclinatorio ante se habens; (quæ omnia nos vulgari sermone, *Sitial* dicimus) hæc autem sit parieti proxima ante mensam. Tempore Benedictionis elargiendæ procedent de Sacristia duo Acoliti cum suis Candelabris: Diaconus cum Cruce rasa

(vulgo *Guion*;) Subdiaconus cum Missale, de quo Abbas cantaturus est Benedictionem, inter duos Monachos in Cucullis portantes in duobus Discis, siue Lancibus Stolum & Crucem Pectoralem, post hos, Seruientes de Baculo & Mitra induti Pluuiialibus: & inter eos medius Cæmoniar ius portans in manibus Pluuiiale pro Abbate: & tandem ultimo Presbyter assistens (quod munus subire potest Presbyter qui est Missam cantaturus) etiam cum Pluuiiali.

Hi omnes sistant ante sedem Abbatis in Choro, & facta illi profunda reuerentia, ipse nutu capitis eos resalutabit. Præcedunt omnes, insequente eos Abbate; & facta inclinatione Altari, si ante eum transierint, cum peruenerint ad faldistorium pausant, in duos Choros diuisi; & se inuicem respicientes dant locum Abbati, vt transeat ad suam sedem. Dum transierit; se illi etiam inclinant; nec minus ipse eos resalutat. Diaconus ponit se ad latus Altaris inter Acolitos. Presbyter capit Stolum, & traddens eam osculandam prius Abbati, illi imponit ab humeris pendentem: deinde Crucem pectoralem eodem modo. Tunc accedit Cæremoniarius, & Pluuiiale imponit. Interim Subdiaconus aperit Librum & supra caput eleuat, in quo Presbyter Benedictionem designat; & Abbati ostendit. Tunc Abbas circumstantibus omnibus, propius autem qui de Baculo seruiunt, & de Mitra, cantat Benedictionem. Ipsa cantata, aspergit benedicta, & reddiis Pluuiiali, Cruce, & Stola eisdem qui detulerunt, medio ministerio Presbyteri assistentis; iterum redit ad sedem suam in Choro; præcedentibus cunctis, ordine quo venerant. Qui facta illi reuerentia, pergunt ad Sacrificiam eodem ordine.

In die Cinerum ultra Cineres in mensa, & Vas aquæ benedictæ; parantur etiam Vrceus cum Lance & duæ Tobalæ. Diaconus portat Crucem inter Acolitos: Monachus in Cuculla Librum, loco Subdiaconi: qui Benedictione finita, illum deponit in mensa, & accipit Cineres, stans, & tenens Discum ambabus manibus. Abbas genuflexo accipit Cineres de manu Presbyteri assistentis stantis. Tunc ipse, accepta Mitra, sedet in sua sede. Monachus, qui Cineres tenet, genuflectit, & eos applicat, cum opus est, Dextræ Abbatis; de cuius manu omnes capiunt Cineres; & primus omnium Presbyter assistens.

Datis Cineribus, Monachi, qui detulerunt Stolum & Crucem ducente eos cæremoniarum Magistro, sumunt de mensa Vrceum, & Læ-

cem cum vna Tobalea; & genibus flexis, porrigunt aquam manibus Abbatis, Cæremoniario Tobaleam ministrante. Interim vero dum Abba tergit manus, lauat etiam Presbyter assistens, & terget cum secunda Tobalea, ad hoc allata. Tunc surgit Abbas & deposita Mithra, exiit Pluuiale, Crucem, & Stolum ministerio Presbyteri assistentis: & fiunt reliqua prout dictum est in alijs Benedictionibus.

In Die Purificationis, si Abbas celebret in Pontificalibus, recipiet ad Offertorium Candelas sedens in sua sede, neque descendet ad Gradum Presbyterij. Eodem Die, non portabit Baculum in Processione; sed dabit Seruienti de eo portandum ante se; ipse autem defert Candelam loco Baculi. Quod idem faciet cum Ramo in Dominica in Ramis Palmarum. In hac eadem Dominica; imo & in Die Purificationis (si forte ceciderit intra Septuagesimam) non dicit Abbas ante primam Collectam Missæ: *Pax vobis; sed Dominus vobiscum.* In cæteris seruandæ sunt Regulæ communes.

### De Officijs Hebdomadæ Penosæ, & Festi Corporis Christi, Cap. IX.

**F**ERIA quinta in Cæna Domini, si Abbas voluerit, in Pontificalibus celebrare, poterit iuxta Regulæ communes; paucis tamen his prius animaduertis.

Præparetur sedes vt solet (sed sine Umbraculo) & è regione Abacus cum Credætia, sine vllis tamen Indumentis Abbatis, aut Insignijs; quæ omnia in Sacristia debent parari. In Sacristia ergo parentur Indumenta pro omnibus; sed pro Abbate seorsim, supra mensam, cum Cruce, aut alia Imagine. Ante mensam sit sedes supra Tapete cum Puluino ad pedes. Ipse Abbas poterit assistere Tertie in Choro decantandæ; qua finita, dum dicitur Sexta, perget ad Sacristiam, committantibus cūctis, qui ei sunt ministraturi. Ibi omnes Sacra capiant Paramenta. Abbas autem statim ac peruenerit ad Sacristiam, parumper prius sedeat, aut genuflectat. Inde deposita Cuculla, lauat manus; & statim Paramentis Sacris induitur (non secus ac si in Ecclesia indueretur) ministrantibus ei quotquot Pluuialibus parandi sunt supra Cucullam.

30 Pontif. Sacri Ord. Cist.

Capiet autem Paramenta omnia vsque ad Planteam, cum Chirothecis, & Anulo; recitans singulorum Orationes. Quibus acceptis, & imposta sibi Mitra, sedeat; quoad vsque sit tempus procedendi ad Altare. Tunc surgat, & capiens Baculum in manu procedat præcedentibus cunctis præter Seruientem de Mitra. Primi pergunt Acoliti cum Ce reis. Mox cæremoniarum Magister quasi eos ducens & docens. Inde Diaconus Euangelij, atque Subdiaconus. Mox Seruiens de Baculo; & adextris eius Presbyter assisfens; & tandem Abbas inter assisfentes Diaconos tenentes Gremiale. Ante Gradum Altaris inclinant omnes, ex quo vltius cætera omnia fiant iuxta Regulas supra Cap. 5. tradditas.

Id tamen obseruandum est; quod post Eucharistiam repositam in Custodia in qua deferenda est ad Monumentum, Abbas nunquam imponit sibi Mitram ob eius reuerentiam, quoad vsque reuertatur ad Sacristiam,

Vnde post communionem sine Mitra lauat manus, dicit *Dominus vobiscum*, dat Benedictionem solennem; & facit cætera quæ cum Mitra fieri solent.

Item cum dicit *Dominus vobiscum*, & dat Benedictionem, neque integre vertit renes Altari, neque in medio eius; sed in cornu Epistolæ, quasi ex æquo respiciens Populum & Altare. Quæ eadem omnia in die Corporis Christi, si Eucharistia extra Custodiam est, vt solet, suo loco dicemus esse seruanda.

Abbas portat Sacramentum in Monumento reponendum, sine Gremiali. Diaconi assisfentes adiuuant eum ad ascendendos Gradus, sustentantes & eleuantes hinc, inde vtrumque brachium. Cæremoniarus, & si necesse etiam fuerit, Presbyter assisfens, eleuent simbrias vestium anteriores, ne eius gressus impediant, dum ascendit. Reliqua perficiantur, vt sunt in Vsu.

Reposita Eucharistia, Abbas descendit, & facta reuerentia profunda ab omnibus, & reassumptis, si velit, Chirothecis, capit Baculum, Mitram, & Gremiale. & ordine quo venerunt; redeunt omnes ad Sacristiam, & exiunt. Conuentus autem stat donec pertrãseat, & Monachi profunde inclinant ante Abbatem. Tunc pergunt ad Chorum & Nonatincantant. Interim Abbas exiit & agit gratias; pro quibus Abbas non venit ad Ecclesiam; sed genuflestat in Sacristia ante suam sedem.

sedem. Inde commitantibus cunctis, perget ad locum, vbi pauperes erunt reficiendi.

PRO FERIA SEXTA. In Abaco Mappa super ponatur, seu Mantile, quod tamē à nulla parte pendeat, sibi erit tantū Peluis cū Vrceo, atque Tobalea. Thuribulū cum Naucula, & item Discus cū Ampullis aquæ & vini. Sedes Abbatis sit Scabellum rasum & nudū prope Altare ad cornu Epistolæ. Infra gradus Altaris ponatur Scamnū, in quo sedeant Ministri; aut si omnes non capiat, poterunt aliqui sedere in sedibus Presbyterij.

Paramenta capienda sunt in Sacristia, nigri coloris omnia; aut vt minus violacei. Abbati non assistunt Diaconi, sed solus Presbyter. Ministrant Diaconus Euangelij atq; Subdiaconus, Cæremoniarius, Seruientes de Baculo & Mitra, atque Acoliti. Abbas uon portat ante se Gremiale, neque utitur Sandalijs, aut Chirotecis.

Sumptis in Sacristia Paramentis, eadem decentia & eisdem cæremonijs, quibus sumenda forent in Ecclesia, & inchoata in Choro Prophetia seu Lectione, *In tribulatione sua*, egredientur ordine. Primi Acoliti sine Dalmaticis, portantes Candelabra cum Cereis, sed extinctis. Inde Cæremoniarius cum Cuculla. Mox Diaconus & Subdiaconus sine Dalmaticis, cum Manipulis tamen & Stola; inde Presbyter assistens & Seruiens de Baculo cum Pluuiialibus; post Abbas solus cum Mitra & Baculo; & post eum Seruiens de Mitra cum Cuculla, & Velo nigro sericeo pendente ab humeris. Hoc ordine procedent ad Altare; ante quod inclinantes, Abbas deponit Baculum, sed non Mitram; & ascendit non facta Confessione. Inde sedet in Scabello preparato, habens Altare a dext. ix, & eregione latus Euangelij. Tunc legit Lectionem atque Tractum de Libro, quem tenet ei Subdiaconus genuflexo. Cum Abbas legerit, surgit Subdiaconus, & deponit Librum super Altare. Tunc sedent omnes & spectant donec Chorus Tractum canter; ad cuius finem Subdiaconus reassumpto Missali stat, & tenet supra caput, vt ex eo Abbas cantet Orationem. Tunc surgit Abbas, & deposita Mitra, cantat illam. Inde sedet, & subdiacono genu flexente legit secundam Prophetiam seu Lectionem. *Dixit Dominus ad Moysen*, & Tractum. *Erripe me Domine*. Cum Versibus sequentibus; quibus le&is, iterum Subdiaconus deponit Librum in Altari, & sedent omnes, quoadvsque Parsio decantetur.

Finito Tractu in Choro, omnes a surgunt: Abbas deponit Mitram, & Seruitor Ecclesiæ aufert Scabellum de latere Altaris, in quo sederat. Tunc Abbas sine Mitra & sine Baculo, iunctis manibus, & ante pectus eleuatis, audit Passionem. Presbyter immediatior illi assistit, vt vertat folia, alij circum circa per gradus altaris, vt melius potuerint.

Finita Passione, dicuntur Orationes solennes: ad quas dum proponit pro quibus orandum sit, Abbas Mitram tenet; deponit autem, dū cantat Orationes.

Quibus cantatis, Abbas deponit Planetam, sed non Dalmaticam. Ministri omnes deponunt vestimenta omnia, præter Albas; quæ omnia simul cum Baculo & Mitra, ab eis tunc in Abbaco reposita, post à Seruitore Ecclesiæ ad Sacristiam decenter deferuntur; adiuuante etiã Sacrista, seu alio quouis Ministro, si opus fuerit. Tunc Abbas ad cornu Epistolæ Altaris; Ministri vero circa Altare ipsum & Abbatem, stant aut genuflectunt, dum cantatur, *Popule meus*, prout ex postulat id quod decantatur, sequentes Chorum, non Sacerdotes, nec Monachos Iuniores.

Discooperta Cruce, & decantato Versiculo *Ecce lignum*, Abbas præcedentibus cunctis qui ei ministrant, etiam Seruiente de Mitra (cuius aut Baculi tunc nullus est vsus) nudis pedibus pergunt ad Chorum. Neque Ministri expectant ante sedem Abbatis, vt ipse transeat; sed quisque via recta vadit ad sedem suam. Tunc Abbas primus solus adorat Crucem: inde Prior cum Presbytero assistente. Mox Diaconus & Subdiaconus, & cæteri post ipsos, suis gradibus.

Finita Adoratione, iterum pergunt omnes ad Sacristiam ibi reasumunt sacra Paramenta, & Diaconus & Subdiaconus etiam Dalmaticas. Abbas capit Planetam & Baculum & Mitram; quibus acceptis, & cunctis suo ordine dispositis, præcedentibus Acolitis cum Cereis iam accensis, portante autem Diacono Euangelij in manu Calicem, & Subdiacono Missale clausum; iterum à Sacristia pergunt ad Altare, ante quod, vt moris est, profunde inclinant. Tunc dāt locum Abbati, vt ipse transeat. Abbas inclinat, & depositis Mitra & Baculo, facit Cōfessionem. Diaconus explicat Corporalia super Altare. Tunc omnes procedunt ad Monumentum, vt inde afferant sacram Eucharistiam: neque Abbas reasumit Mitram vsque ad lotionem manuum post communionem. Cætera fiunt prout in Vsibus habentur.



Allato & deposito in Altari Sacramento, Abbas benedicit incensum more solito, Acolito genuflexo tenente Thuribulum, Presbytero quoque Assistenti offerente Coclear. Benedicto & immisso incenso in prunas, thurificat Altare & Sacramentum; sed ipse Abbas non thurificatur. Inde accepto à Diacono Calice cum vino & aqua, offert ut in Vsu: & statim lauat manus solenniter, Vrceum cum Lance Subdiacono, & Tobaleam Presbytero assistente ministrante; quæ tamen Acoliti prius de Abaco deferunt; & hi idem post ad Abacum reducunt: neque alius lauat manus, præter Abbatem.

Inde extracta Hostia de Custodia, cantat summissa voce, *Oremus, Præceptis salutaribus, &c.* Ut in Missali; & tandem communicat, & sumit vinum Calicis. Post communionem & purificationem digitorum; iterum reasumpta Mitra, lauat manus. Interim Diaconus plicat Corporalia, & tergit Calicem. Tunc Abbas accepto Baculo, & præcedentibus Ministris, ordine quo venerunt, ad Sacristiam redeunt. Cõuentus stat, & inclinatur Abbati, nec recedit de loco, antequam transcat.

**PRO SABBATO SANCTO.** Si Abbas non sit celebraturus; (quod decentius videtur) sed solum benedicturus ignem & incensum; fiet Benedictio prout de Benedictione Candelarum, & Ramorum supradictum est. Nisi quod Acoliti exhibunt cum Cereis extinctis, Cruz non portabitur à Diacono, sed Liber ubi cantaturus est Benedictionem Cerei. Benedictis per Abbatem igne & incenso, accepta Mitra sedet. Diaconus, (ducente Cæremoniario, & commitantibus Acolitis, sine Candelabris) accedit ad Abbatem, & profunde inclinans dicit. *Domine iube, &c.* Cui Abbas. *Dominus sit in corde & in ore tuo ut digne annuncies Paschale Praconium. In nomine Patris, &c.* Mox surgit Abbas, & deposita Mitra, stat in sua sede donec cantatur Cerei Benedictio. Diaconus deposito Libro super Legile, adstantibus Acolitis, cantat Benedictionem, ut in Processionario.

Benedictione completa, Abbas deponit Pluiviale, Stolum, & Crucem; & cunctis commitantibus, reuertitur ad sedem suam in Choro; ubi etiam Diaconus & Subdiaconus remanent dum cantantur Propheciæ; reliqui vero ad Sacristiam redeunt commitantes Eum, qui est celebraturus.

Quod si Abbas celebrare velit etiam in hac Die. Hæc peculiariter

E erunt

erunt obseruanda Dum dicitur Nona in Choro, ipse in Ecclesia accipiet Paramenta, ministrantibus cunctis prius paratis in Sacristia, vt moris est. Ministrabunt autem vsque ad Crucem pectoralem, Stolam, & Pluuiale. Tunc benedicet ignem & incensum. Mox Diaconus Cereum benedicit; qua Benedictione finita, Abbas deponit Pluuiale, & accipit Tunice lam Dalmaticam, & Planetam, Baculum, & Mitram sine Gremiali: & medius inter Ministros pergir ad Altare, quod facta prius reuerentia & depositis Baculo & Mitra, osculatur in medio eius. Mox reasumptis eisdem Mitra & Baculo, redit ad sedem suam, vbi medius inter Diaconos Assistentes, vel in defectu eorum (hoc enim Die liber est vti illis, aut non) inter Presbyterum & Diaconum Euangelij, Sedet, & legit Prophetias & Tractus, Librum tenente Acolito genuflexo. Inde suo tempore surgent, Mitramque deponens, dicit. *Oremus*, & cantat Collectam vt in Missali. Tunc si aliqui Ordinandi sunt, accedunt; vt tam Torsura, quam singuli Ordines, post singulas Prophetias conferantur. Vt latius dicitur, vbi de Ordinibus.

Ad Litanias Abbas deponit prius Mitram, deinde Planetam. Mox reasumpta Mitra, recubabit super faldistorio, genuflexo; & sic manet quoad vsque dicatur. *Peccatores*. Ministris etiam genibus flexis circa ipsum. Tunc surgunt omnes, & restitutis Abbati Planeta, Mitra, & Baculo: dum Chorus cantare incipit *Kyrie eleison*, procedunt ad Altare: vbi Abbas faciet Confessionem cum Ministris, continuans reliqua, prout in Missali, & Regulis communibus.

INDIE CORPORIS CHRISTI, Aur quo cūque alio, quo Eucharistia sit extra Custodiā. Hæc erūt obseruanda: Abbas neque induitur, neque exiit in sua sede in Ecclesia; sed in Sacristia. Vnde exit cum Gremiali, Mitra, & Baculo: sed à prima inclinatione quā facit ante Altare, deponit Mitram; nō resumpturus, donec discedat ab Altari; vt iterū reuertatur ad Sacristiam Missa finita; stabit tamen Minister iuxta ipsam Mitram in manibus tenens, quo eodem modo in Processione ipsum sequetur.

*Ad Dominus vobiscum. Orate fratres*; & Benedictionem solennē non omnino seuertet, neque in medio Altaris; sed in latere; & tantū ex parte, vt supra diximus.

Si Sacramentum in Processione manibus portauerit, non deferret Gremiale; sed Diaconi assistentes subleuabunt vtriusque latera Pluuiæ.

Pluuiialis. Si vero deferatur in Feretro à Sacerdotibus; deferet Baculum aut Gremiale, vt sibi placuerit. Si deferat Gremiale, non adorabit solus, sed cū Diaconibus; sin minus, adorabit solus, Baculo deposito; quem statim post adorationem reasumet. Cætera omnia fiant iuxta Regulas superius assignatas.

*Qualiter in Ecclesijs nostri Ordinis, Reuerendissimi Generales suscipiendi sint; cum primum, Visitationis causa, ad eas perueniunt. Cap. X.*

**R**euerendissimo Generali venturo ad visitandum Abbas, aut duo alij Monachi obuiam procedāt per spatium dimidiæ leucæ. Ante portam Ecclesiæ siue Claustris Regularis (prout com modius & decentius patebit accessus) præparetur Puluinum super Tapete. Inde ad secundam portam corporis Ecclesiæ, siue ad eam quæ est inter Claustrum & Ecclesiam, Vas cum aqua benedicta & Aspersorio. In Presbyterio, Geneflexorium cū Reclinatorio (vulgo *Sitial*) cui magnum aliud Tapete supponatur: Ad Altare Maius Baculus & Mitra cum Velo lōgo sericeo quo capi possit, & Pluuiale albi coloris. In Sacrificia Pluuiale cum Cruce parua pro Sacerdote. Cruxitem rafa longa pro Diacono, & Candelabra cum cereis pro Accolitis. Ante ingressum autē Claustris, seu Ecclesiæ præparetur mensa cum Cucullis pro Generali & qui cum commitantur: in super deputentur duo Monachi iuniores qui Caputia singulorum nigra accipiant, & Cucullas distribuant & adaptent.

In Campanili sint aliqui Seruientes, qui prospiciant, & cum viderint eminus aduenire, statim incipiant pulsare omnes Campanas, non tamen punctim ad motis linguis ad Campanarum labia (*repicar dicitur*) sed Cāpananas ipsas voluentes ad vtrūque latus (vulgo *avuelo*.) Et sic permaneant donec Generalis ad suum hospitium iam peruenerit. Pulsatis Campanis iuxta distantiam qualiter Monachi omnes cōueniant ad Ecclesiam. Diaconus capiat Crucem: Accoliti Candelabra cum cereis accensis: Hebdomadarius Missæ, seu alius Senior Plu-

uale & Crucem paruum; quam teneat vtraque manu cum velo feri-  
ceo ab humeris pendente: & sic procedant ad locum vbi positum est  
primum Puluinum. Tunc sistant in duos diuisi Choros, eo ordine quo  
post sunt processuri. Nimirum Presbyter ex vna parte & Prior ex alia  
iuxta Tapete. Mox Seniores vt sequuntur suo ordine, & tandem vlti-  
mi, sed primi ad procedendum, Diaconus cum Cruce magna atque  
Acoliti, & sic expectant vnusquisque in loco suo.

Accedente Generali, deponit Caputium nigrum, & sumit Cucul-  
lam, Monachis paratis ad hoc ei ministrantibus. Interim idem faciunt  
omnes alij. Tunc indutis omnibus, & in suo ordine dispositis. Reueren-  
dissimus genuflectit in Puluino, & de manu Sacerdotis Pluuiali indu-  
ti stantis Crucem osculatur. Cantor incipit. *Te Deum laudamus.* Et  
Conuentus procedit cantando vsque ad Ecclesiam, Generali mediū  
locum tenente, parum tamen inclinatum ad suum Chorū inter Abba-  
tem & Presbyterum indutum.

Cum peruenerint ad locum, vbi depositum est Vas aquæ benedi-  
ctæ, Abbas capit Aspersorium & dat Generali. Ipse primum se, dein-  
de Abbatem, & alios de Senioribus aspergit; procedentibus cunctis  
ad corpus Ecclesiæ. Ibi sedit Conuentus, in eisdem sedibus & eodem  
ordine quo solet assistere Missæ in Choro inferiori. Tunc pulsantur  
Organa: Abbas & Sacerdos Pluuiali indutus medium tenentes Gene-  
ralem ad Presbyterium pergunt. Reuerendissimus genuflectit in suo  
Genuflexorio, Abbas ad latus eius sinistrum prope Tapete; quod ip-  
sum alij faciant in suis locis, Sacerdos vero dat Crucē Seruitori Ecclē-  
siæ, seu Sacristæ, & accepto Libro stans ad latus dextrum, cantat super  
Generalem Versus & Collectas.

Vers. *Protector noster aspice Deus.*

Resp. *Et respice in faciem Christi tui.*

Vers. *Saluum fac Seruum tuum.*

Resp. *Deus meus sperantem in te.*

Vers. *Mitte ei Domine auxilium de Sancto.*

Resp. *Et ex Syon tuere eum.*

Vers. *Nihil proficiat inimicus in eo.*

Resp. *Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.*

Vers. *Domine exaudi orationem meam.*

Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*

Vers.

Verf. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus pro Generali nostro. *N. ut Deus & Dominus noster, qui elegit eum in ordine Generalatus, saluum & incolumem custodiat gregi suo ad regendum Ordinem sibi commissum.*

Omnipotens sempiternae Deus, qui facis mirabilia magna solus; praetende super Famulum tuum Generalem nostrum. *N. & super Congregationem illi commissam, & Ecclesiam hanc, spiritum gratiae salutaris: & ut in veritate & discretionem tibi complaceat; perpetuum ei rorem tuae benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum. Ref. Amen.*

Tunc Reuerendissimus pergit ad Altare, Sacerdote & alio Ministro eum committantibus. (Etsi velit, etiam Abbate) & facta inclinatione Altari, accipit Pluiale & Mitram; quae Presbyter Pluiali indutus ei imponit. Tunc osculato medio Altaris cantat. *Sit nomen Domini benedictum, &c.* Dans Benedictionem solennem; accepto Baculo in manu sinistra, suo tempore, prout in Cap. de Vesperis solennibus. Quam Conuentus & omnes expectant genibus flexis. Tunc surgunt omnes. Generalis deponit Mitram & Pluiale; & facta iterum profunda inclinatione, descendit. Sacerdos Pluiali indutus pergit ad Sacristiam, praecedentibus Diacono & Accolitis. Caeteri omnes, praecedentibus Iunioribus, Reuerendissimum committantur ad suum hospitium. Vbi manu illius prius per singulos osculata, illum relinquunt.

THE ...

...

...

...

FOR

PONTIFICALE  
SACRI ORDINIS,  
CISTERCIENSIS

AD VSUM OBSERVANTIÆ  
HISPANIÆ.

PARS SECUNDA.

Continens Ordines, Consecrationes, &  
Benedictiones, quæ possunt ab  
Abbatibus conferri.

De Ordinibus conferendis.



*MINES* minores Ordines possunt simul  
conferri: vel etiam seorsim, per temporū  
Interstitia, ad arbitrium Abbatis colla-  
turi: extra, vel intra tempora; & siue in  
Missarum solemnīs; siue non: imo & ex-  
tra Ecclesiam; si libuerit, dum modo tamen  
in aliquo Sacello.

In Sabbatis quatuor Temporum, in quibus fiunt Ordina-  
tiones quasi de iure; si fiant intra Missarum solemnias, Ton-  
suræ debent dari post primam Prophetiam. Quatuor Ordī-  
nes; post quatuor subsequētes immediate, ante quā Tractus,  
aut Alleluja decantentur.

## 38 Pontifi. Sacri Ord. Cist.

*Si Ordinationes fuerint in Sabbato ante Dominicam Passionis, Tonsuræ debent esse post Kyrieleyson: Duo priores Ordines post Collectas: sequentes post Epistolam. Et idem fieret, si extra Tempora ordinarentur in Missa: quod non est in usu.*

*Si fuerint in Sabbato Sancto, Tonsuræ dabuntur post kyrieleyson Missæ: & quatuor Minores Ordines post Gloria in excelsis.*

*Si Ordinationes fiant ad Missam maiorem, Abbas erit in Pontificalibus, & assistent ei quotquot in his Missis consueverunt. Quando autem Abbas extra Missarum solennia promoturus est aliquos, sufficit si ipse habeat Stolam supra Cucullam, Baculum, & Mitram: assistentibus ut minus sex Monachis; duobus immediatis, qui Archidiaconi, & Diaconi vicibus funguntur: duobus alijs ad Mitram, & ad Baculum: & tandem duobus, quorum alter ceremonijs super intendat, aliter exerceat vices Secretarij. Et idem erit, si in Missa priuata Ordines conferat. Abbas accedit cum Mitra ad Faldistorium (vulgo mial) ante medium Altaris sibi preparatum: & in illo sedet, renibus Altari versis, cæteris alijs Ministris circumstantibus.*

*Monachus, qui exercet munus Archidiaconi, vocat omnes ordinandos alta, clara, & intelligibili voce pronuncians. Accedant omnes qui ordinandi sunt. Quibus ante Altare, coram Abbate genibus flexis, & in modum coronæ dispositis; idem Monachus similiter pronunciat. Sanctissimi Domini N. Innocentij, felicitis recordationis Papæ Octauj, singulari præuilegio concessum est Abbati Generali Ordinis Cisterciensis, & quatuor primis eius Coabbatibus, omnes minores Ordines, in super & Subdiaconatum & Diaconatum suis subditis posse conferre, quod postea felicitis etiam memoriæ Sixtus Quintus, & Gregorius Quartus*



## Pars Secunda de Ord. Conf. 39

Quartus decimus, ad omnes & singulos nostræ Observantiæ & Congregationis Abbates, quatenus in usu erat, extenderunt. *Et respondebit Abb. Deo gratias.*

*Post modum secundus Monachus Assistens, qui gerit vices Diaconi, clara etiam, & intelligibili voce pronunciat. Admodum Reverendus in Christo Pater & Dominus, D. N. Dei & Apostolicæ sedis gratia Abbas huius Monasterij de N. sub Excommunicationis pœna præcipit, & mandat omnibus, & singulis, profuscipiendis Ordinibus hic præsentibus, nequis forsan eorum Irregularis, aut alias à iure, vel ab homine Excommunicatus, Suspensus, Interdictus, Spurius, Infamis, aut alias à iure prohibitus, aut sibi non Subditus, vlllo pacto audeat ad suscipiendos Ordines accedere. Quo dicto, Ordinandi statim surgunt.*

---

### De prima Tonsura, & Clericis faciendis.

**C**Lerici fieri possunt etiam diebus non festis. Pro ipsis autem faciendis parentur Forfices pro incidendis capillis, & Bacile (vulgo, Fuente, o, Plato grande) illis imponendis.

Quilibet Ordinandorum habeat Cucullam super brachium sinistrum, & Candelam in manu dextra. Monachus autem, qui exercet officium Archidiaconi, sedente Abbate in Faldistorio, ut dictum est, adstantibus omnibus, qui ordinandi sunt, innuat Secretario, qui omnium nomina sigillatim pronunciat. Frater N. de N. & Nominatus respondebit. Adsum.

Quibus ante Altare, coram Abbate in Faldistorio cum Mitra sedente, genibus flexis, ut prius, Abbas pergit cum Mitra, & dicit,

F Vers.

40. Pontif. Sacri Ord. Cist.

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomine Domini.

*Resp.* Quiescit cœlum, & terram.

*Vers.* Sit nomen Domini benedictum.

*Resp.* Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

Oremus, fratres charissimi, Dominum nostrum Iesum Christum, pro his famulis suis, qui ad deponendum comas capitum suorum pro eius amore festinant, vt donet eis Spiritum Sanctum, qui habitum religionis in eis perpetuum conseruet, & amundi impedimento, & sæculari desiderio corda eorum defendat. Vt sicut immutantur in vultibus, ita dextera manus eius virtutis tribuat eis incrementa, & ab omni cæcitate spirituali, & humana oculos eorum aperiat; & lumen eis æternæ gratiæ concedat. Qui viuit & regnat cum Deo Patre in vnitae eiusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

*Post hæc, sedente Abbate, dicuntur Antiphona. & Psalmus sequentes.*

*Antiphona.* Tu es domine, qui restitues hæreditatem meam mihi.

*Psalmus.* Conserua me Domine, quoniam speraui in te. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis, qui sunt in terra eius; mirificauit omnes voluntates meas in eis. Multiplicatæ sunt in formitates eorum: postea auelerauerunt.

Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus; nec memorero nominum eorum per labia mea. Gloria Patri, &c. *Et repetitur tota Antiphona.* Tu es Domine. *Vt supra.*

*Interim autẽ, dum Psalmus recitatur, Abbas cum Forficibus incidit: & unicuique extremitates capillorum in quatuor locis, videlicet in fronte, in occipitio, & ad utramque aurem: sed & deinde in medio capitis aliquot crines, & in Bacile deponit. Dum autem singulos tondet, hæc pronũciat.*

Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. Tu es, qui restitues. Hæreditatem meam mihi.

*Finito Psalmo, repetitur Antiphona, vt dictũ est. Tũc surgit Abbas, & Mitra deposita, stans: versus. Tonsuratos pronũciat. Oremus.*

Præta quæsumus Omnipotens Deus, vt hi famuli tui, quorum hodie comas capitum, præ amore diuino deposuimus; in tua dilectione perpetua

Pars Secunda de Ord. Conf. 41

perpetua maneant: & eos sine macula in sempiternum custodias. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

*Tunc Abbas incipit, & circumstantes prosequuntur Antiphonam & Psalmum sequentes. Qua incepta, reasumit Mitram, adque sedet.* *Antiphona.*

Hi accipient benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dominum. *Psalm.*

Dominus est terra & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo, &c. *Quo finito, dicitur Gloria Patri, & repetitur Antiphona.* Hi accipient, &c.

*Abbas surgit sine Mitra, & conuersus ad Altare; dicit. Oremus. Primus Assistens. Flectamus genua. Secundus. Leuate. Et mox Abbas ad Tonsos genuflexos.*

Ad esto Domine supplicationibus nostris, & hos famulos tuos bene ꝑ dicere dignare, quibus in tuo sancto nomine habitum sacre religionis imponimus: vt te largiente, & deuoti in Ecclesia tua persistere, & vitam percipere mereantur æternam. Per Dominum nostrum, &c. Resp. Amen.

*Tunc Abbas, reasumpta Mitra, sedet, & accipiens singulorum Cucullas, dicit singulis.* Induat te Dominus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis.

*Et mox imponit singulis Cucullas, hæc eadem verba unicuique repetendo.*

*Quo expedito, sine Mitra surgit, & conuersus ad illos dicit. Oremus.*

Omnipotens Sempiternæ Deus, propitiare peccatis nostris, & ab omni seruitute sæcularis habitus hos famulos tuos emunda; vt dum in nominiam eius, quasi iterum deponunt, tua semper gratia perfruatur: & sicut similitudinem coronæ tuæ eos gestare facimus in capitibus; sic tua virtute hæreditatem consequi mereantur æternam in cordibus. Qui cum Patre & Spiritu Sancto viuis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen.

*Deinde sedet Abbas cum Mitra, & Tonsuratos alloquitur his verbis.*

Filij charissimi animaduertere debetis quod hodie iterum de foro

Ecclesia facti estis, & priuilegia clericalia sortiti estis. Cauete igitur, ne propter culpas vestras illa perdatis; sed habitu, atque actibus honestis, bonisque moribus, & operibus Deo placere studeatis. Quod ipse vobis concedat per Spiritum Sanctum suum. *Resp. Amen.*

*Tunc Monachus Assistēs, qui exercet officium Archidiaconi suggerat Ordinatis, ut si ulterius ad Ordines minores promouendi non sunt, singuli osculentur manum Abbatis, & accepta eius Benedictione, recedant. Sin vero ulterius ordinandi sunt, separentur à loco, ut possint cum vocati fuerint, aduenire.*

## De minoribus Ordinibus.

**Q**uatuor minores Ordines non dantur nisi in diebus Dominicis aut Festiuis. Et si dentur sine prima Tonsura, vel aliquot illorum sine alijs, ante primum qui conferendus est, fiant omnia quæ notata sunt ante Tonsuram.

Ordinandi omnes ad quatuor minores Ordines debent esse Cucullis induti, & singuli cum Cādela in manu dextra,

## De Ordinatione Ostiariorum.

**P**ro Ostiarijs ordinandis præueniantur Clauēs Ecclesiæ. Abbas (si ordinatio fiat intra Missam) recitet secundam Lectionem, aut cantet Collectam: & ea finita, (siue extra Missam) cum voluerit, procedat cum Mitra & Baculo ad faldistorium ante medium Altaris præparatū; & facta Altari profunda reuerentia, sedeat renibus illi versis.

Pars Secunda de Ord. Conf. 43

*Prior Assistens, siue gerens vices Archidiaconi clara atque intelligibili voce pronuntiet.*

*Accedant omnes qui ordinandi sunt ad officium Ostiariorum.*

*Et mox Monachus gerens vices Notarii singulos nominatim vocet: & quilibet respondet. Adsum. Omnibus autem genuflexis in modum coronæ ante Abbatem, Abbas admonet illos, hæc pronuntians.*

Suscepturi filij charissimi officium Ostiariorum, videte, quæ in domo Dei agere debeatis. Ostiarium oportet percutere Cymbalum, & Campanam: aperire Ecclesiam, & Sacrarium: & Librum aperire ei qui prædicat. Prouidete igitur, ne per negligentiam vestram, illarum rerum, quæ intra Ecclesiam sunt, aliquid deperat: certisque horis domum Dei aperiatis fidelibus; & semper claudatis infidelibus. Studete etiam, vt sicut materialibus Clauibus Ecclesiam visibilem aperitis, & clauditis; sic & inuisibilem Dei domum, corda scilicet fidelium, dicitis, & exemplis vestris claudatis Diabolo, & aperiatis Deo: vt diuina verba quæ audierint, corde retineant, & opere compleant; quod in vobis Dominus perficiat per misericordiam suam.

*Deinde Abbas accipit & traddit omnibus Claves Ecclesiæ, quas successiue manu dextera singuli tangant, dicente Abbate.*

*Sic agite, quali reddidit Deo rationem de his omnibus, quæ his Clauibus recluduntur.*

*Post hæc, Minor ex duobus Assistentibus ducit eos ad Ostium Ecclesiæ, & facit omnes claudere & aperire: traddit etiam eis funem Campanarum, & facit pulsare. Deinde illos reducit ad Abbatem, quibus cor à ipso genibus flexis; stans Abbas cum Mitra, & ad ipsos conuersus dicit.*

Deum Patrem Omnipotentem, fratres charissimi, suppliciter deprecemur, vt hos famulos suos bene ꝑ dicere dignetur, quos in officium Ostiariorum eligere dignatus est: vt sit eis fidelissima cura in domo Dei diebus ac noctibus, ad distinctionem certarum horarum, ad inuocandum nomen Domini, adiuuante Domino nostro Iesuchristo, qui

## 44 Pontifi. Sacri Ord. Cist.

cum eo viuit & regnat in vnitare eiusdem Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. *Resp. Amen.*

*Tunc deposita Mitra, stans Abbas, & conuersus ad Altare dicit: Oremus. Assistens prior Flectamus genua. Secundus Leuate.*

*Et statim Abbas versus ad Ordinos genuflexos, stans sine Mitra dicit.*

Domine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, bene + dicere dignare hos famulos tuos in officium Ostiariorum; vt inter Ianitores Ecclesiæ tuo pareant obsequio, & inter electos tuos partē tuæ mereantur habere mercedis. Per Dominum nostrū Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitare Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. *Resp. Amen.*

*Post hæc Ordinati, suggerente priori Assistente, redeunt ad loca sua.*

---

## De Ordinatione Lectorum.

**P**ro Lectoribus ordinandis paretur Liber lectionum. Abbas recitata lectione; aut Ostiarijs ordinatis, sedet in faldistorio, ante medium Altaris cum Mitra: & Ordinandi vocantur per Assistentem priorem, clara & intelligibili voce dicentem.

Accedant qui Ordinandi sunt ad officium Lectorum.

Et nominati per Notarium, vt dictum est, respondent omnes. Adsumus. Et statim coram Abbate genibus flexis cum Candelis in manibus, audiunt eum ipsos admonentem.

Electi filij charissimi, vt sitis Lectores in domo Dei nostri, officium vestrū agnoscite, & implete. Potens est enim Deus, vt augeat vobis gratiam perfectionis æternæ. Lectorem siquidem oportet legere ea quæ prædicat; & lectiones cantare; & benedicere panem, & omnes fructus nouos. Studete igitur verba Dei, videlicet lectiones sacras distinctè, & aperte, ad intelligentiam et ædificationem fidelium absque omni

mendacio falsitatis proferre: ne veritas Diuinarum lectionum incuria vestra ad instructionem audientium corrumpatur. Quod autem ore legitis corde credatis, atque opere impleatis: quatenus auditores vestros, verbo pariter, & exemplo vestro docere possitis. Ideoque dum legitis in alto loco Ecclesiæ stetis, vt ab omnibus audiamini, & videamini; figurantes positione corporali vos in alto virtutum gradu debere conuersari: quatenus cunctis, à quibus audimini & videmini, coelestis vitæ formam præbeatis: quod in vobis Deus impleat per gratiam suam.

*Deinde Abbas accipit & traddit omnibus Codicem de quo lecturi sunt, quem singuli manu dextera tangunt, dicente Abbate.*

Accipite, & estote Verbi Dei Relatores; habituri, si fideliter, et vti liter impleueritis officium vestrū, partem cum his qui Verbum Dei bene administauerunt ab initio.

*Quibus expeditis, & illis genibus flexis, Abbas stans cum Mitra versus eos dicit.*

Oremus fratres charissimi Deum Patrem Omnipotentem; vt super hos famulos suos, quos in ordine Lectorum dignatur assumere Bene-  
 † dictionem suam clementer infundat; quatenus distincte legant, quæ in Ecclesia Dei legenda sunt; & eadem operibus impleant. Per Dominum nostrū Iesum Christum Filium suum, qui cum eo viuit, & regnat in vnitae Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum.

*Resp. Amen.*

*Tunc Abbas Mitra deposita, & stas versus Altare dicit. Oremus. Prior Assistens. Flectamus genua. Secundus. Leuate.*

*Deinde Abbas versus Ordinos sine Mitra.*

Domine Sancte Pater Omnipotens Aeterne Deus bene † dicere dignare hos famulos tuos in officiū Lectorū; vt assiduitate lectionū instructi sint; atque ordinati; & agenda dicant, & dicta opere impleant; vt in vtroque Sanctæ Ecclesiæ exemplo sanctitatis suæ consulant.

Per Dominum nostrum, &c. *Resp. Amen.*

*Postea suggerente Archidiacono redeunt Ordinati ad loca sua.*

## De Ordinatione Exorcistarum.

**P**RO Exorcistis ordinandis paretur Liber Exorcismorum, cuius loco dari potest Pontificale, vel Missale.

*Post recitatam quartam Prophetiam, siue Epistolam, ut supra dictum est, (si intra Missam fiant Ordinationes) Aut alias, post Lectores ordinatos; siue cum Abbati placuerit ordinare Exorcistas. Sedet ut semper in faldistorio eum Mitra ante Altare. Prior Assistens vocat Ordinandos more consueto. Accedant qui ordinandi sunt ad officium Exorcistarum.*

*Inde nominantur seorsim à Monacho gerente vices Secretarij. Respondent omnes. Accedunt cum Candelis, & genuflectunt ante Abbatem; qui eos ita alloquitur & admonet.*

Ordinandi filij charissimi in officium Exorcistarum, debetis noscere quid suscipitis. Exorcistam etenim oportet abijcere Dæmones, dicere populo ut qui non communicat det locum; & aquam in ministerio fundere. Accipitis itaque potestatem imponendi manum super Energumenos; & per impositionem manuum vestrarum, gratia Spiritus Sancti, & verbis Exorcismi, pelluntur Spiritus immundi à corporibus obsessis. Studete igitur, ut sicut à corporibus aliorum Dæmones expellitis, ita à mentibus, & corporibus vestris omnem immunditiam & nequitiam eiiciatis; ne illis succumbatis, quos ab alijs, vestro ministerio, efugatis. Discite per officium vestrum vitijs imperare; ne in moribus vestris aliquid sui iuris inimicus valeat vindicare. Tunc etenim recte in alijs, Dæmonibus imperabitis, cum prius in vobis eorum multimodam nequitiam superetis. Quod vobis Dominus agere concedat per Spiritum Sanctum suum.

*Post hæc Abbas accipit & traddit omnibus Librum, quem manu dextera tangunt, dicente Abbate. Accipite, & commendate memoriæ, & habete potestatem imponendi manus super Energumenos, siue baptizatos, siue cathecumenos.*

*Postea vero, omnibus deuotè genibus flexis, Abas cum Mitra stans dicit.*

Deum



## Pars Secunda de Ord. Conf. 47

Deum Patrem Omnipotentem, fratres charissimi supplices deprecemur, vt hos famulos suos bene † dicere dignetur in officium Exorcistarum; vt sint spirituales Imperatores ad abijciendos Damones de corporibus obsessis, cum omni nequitia eorum multiformi. Per Vnigenitum Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum eo viuit, & regnat in vnitae Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. *Resp. Amen.*

*Tunc conuersus Abbas ad Altare, & deposita Mitra dicit. Oremus. Prior Assistens. Fletamus genua. Secundus. Leuate. Mox Abbas ad Exorcistas genuflexos.*

Domine Sancte, Pater Omnipotens, A Eterne Deus, bene † dicere dignare hos famulos tuos in officium Exorcistarum, vt per impositionem manuum, & oris officium, potestatem, & imperium habeant Spiritus immundos coercendi; vt probabiles sint medici Ecclesiae tuae, gratia curationum, virtuteque coelesti confirmati. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c. *Resp. Amen.*

*Post haec; suggerente Monacho gerente vices Archidiaconi, redeunt ad loca sua.*

---

## De Ordinatione Acolitorum.

**P**RO Acolitis ordinandis paretur Candelabrum cum Cereo extincto, & Urceolus vacuus pro vino Calici infundendo.

*Abbas sedet; vt solet, suo tempore, Ordinandi vocantur per priorem Assistentem in communi.*

*Accedant qui Ordinandi sunt ad officium Acolitorum.*

*Et iterum per gerentem vices Notarij nominatim. Ordinandi cum Candelis accedunt. Respondent. Et genuflectunt.*

*Abbas admonet eos ita pronuntians,*

*Suscepturi filij charissimi Acolitorum officium, pensate quod suscipitis. Acolitum etenim oportet Ceroferarium ferre, luminaria*

G Ecclesiae

Ecclesiæ accendere; vinum, & aquam ad Eucharistiam ministrare. Studete igitur susceptum officium digne implere. Non enim Deo placere poteritis, si lucem manibus præferentes operibus tenebrarum inferniatis, & per hoc alijs exempla perfidiæ præbeatis. Sed sicut Veritas dicit. Luceat lux vestra coram hominibus; vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. Et sicut Apostolus Paulus ait. In medio nationis prauæ & peruersæ lucete, sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Sint ergo lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris; vt filij lucis sitis. Abijciatis opera tenebrarum, & induamini arma lucis. Eratis enim aliquando tenebræ; nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate. Quæ sit vero ista lux, quam tantopere inculcat Apostolus, ipse demonstrat. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Estote igitur solliciti in omni iustitia, bonitate, & veritate; vt & vos, & alios, & Dei Ecclesiã illuminetis. Tunc etenim in Dei sacrificio digne vinum suggeretis, & aquam; si vos ipsi Deo sacrificium castam vitæ, & bona opera, oblatis fueritis. Quod vobis Dominus concedat per misericordiam suam.

*Post hæc; Abbas accipit, & traddit omnibus Candelabrum cum Candela extincta; quod successiue manu dextera singuli tangunt, Abbate dicente.*

Accipite Ceroferarium cum Cereo, & sciatis vos ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari, in nomine Domini. *Resp. Amen.*  
Tunc accipit & traddit eis Vreolum vacuum; quem similiter tangere debent; dicente Abbate.

Accipite Vreolum ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini. *Resp. Amen.*

*Postea; eis genu flexis permanētib; Abbas stans cū Mitra, dicit.*

Deum Patrem Omnipotentem, fratres charissimi, suppliciter deprecemur; vt hos famulos suos bene ꝑ dicere dignetur in Ordine Acolitorum; quatenus lumen visibile manibus præferentes, lumen quoque spirituale moribus præbeant; adiuuante Domino nostro Iesu Christo, qui cum eo & Spiritu Sancto viuunt & regnat Deus per omnia secula seculorum. *Resp. Amen.*

*Tunc Abbas ad Altare se conuertens, & stans deposita Mitra, dicit. Oremus. Prior Assistens. Fleamus genua. Secundus Leuate*

*Mox Abbas ad Ordinatos genuflexos conuersus.*

Domine Sancte Pater Omnipotens A Eterne Deus, qui per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, & Apostolos eius in hunc mundum lumen claritatis tuæ misisti; qui que, vt mortis nostræ antiquum aboleres Chirographum, gloriosissime illum Crucis vexillo affigi, ac sanguinem & aquam ex latere illius pro salute generis humani effluere voluisti; bene † dicere dignare hos famulos tuos in officium Acolitorum; vt ad accendendum lumen Ecclesiæ tuæ, & ad suggerendum vinum, & aquam ad conficiendum Sanguinem Christi Filij tui, in offerenda Eucharistia, sanctis Altaribus tuis fideliter subministrant. Accende domine mentes eorum & corda, ad amorem gratiæ tuæ; vt illuminati vultu splendoris tui, fideliter tibi in sancta Ecclesia deseruiant. Per eundem Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

Oremus.

Domine Sancte Pater Omnipotens A Eterne Deus qui ad Moysen & Aaron locutus es, vt accenderentur lucernæ in tabernaculo testimonij; bene † dicere dignare hos famulos tuos; vt sint Acoliti in Ecclesia tua. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

Oremus.

Omnipotens A Eterne Deus fons lucis, & origo bonitatis, qui per Iesum Christum Filium tuum lumen verum, mundum illuminasti; eiusque Passionis misterio redemisti; bene † dicere dignare hos famulos tuos; quos in officium Acolitorum consecramus poscentes clemenciam tuam; vt eorum mentes, & lumine scientiæ illustres, & pietatis tuæ rore iriges; vt ita acceptum ministerium, te auxiliante, peragant, qualiter ad æternam remunerationem peruenire mereantur. Per eundem Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

*Abbas prosequitur Missam, si in ipsa Ordinationes fecit. Ordinati, suggerente Monacho Assistente priori, osculata prius Abbatis manu, discedunt.*

## De Sacris Ordinibus.

**S**ACRI & Maiores Ordines sunt tres, Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus: quos omnes, Presbyterato excepto, suis

subditis conferre concessit Innocentius Papa Octauus Abbati Generali Cisterciensi, & quatuor primis eius Coabbatibus, videlicet de Firmitate, Morimundo, Pontiniaco, & Claraualle. Sed Reuerendissimis Archiepiscopis & Episcopis recusantibus ad Presbyteratum promouere eos qui à proprijs Abbatibus in Subdiaconos & Diaconos fuerant ordinati; Abbates nostri, ne quod in propriam monachorum suorum tranquillitatem, & exactiorem clausuræ custodiã concessum fuit, litium occasione cum Reuerendissimis Episcopis exorta, & necessitate inquirendi aliquius, à quo tandem ordinarentur in Presbyteros; contrariũ omnino (quod inuitabile erat) effectum sortiretur, voluntarie destiterunt ab vsu huius priuilegij, idque etiam priusquam illius extensio sacrae nostrae Observantiae esset concessa.

## De Benedictione Abbatis.

**E**IVSDEM Innocentij Papae Octaui specialiter priuilegio concessum fuit Abbati Cisterciensi, electos in nouos Abbates benedicere, siue etiam in nouas Abbatissas. Sed quia in Sacra nostra Observantia non benedicuntur Abbates, (scuti neque perpetui sunt) licet non benedicti gaudeant eisdem priuilegijs, & indultis, quibus benedicti gaudent & potiuntur, ideo à benedictione Abbatis & Abbatissae abstinemus, quam tumuis facultas illa conferendi ad omnes nostrae sacrae Observantiae Abbatres sit extensa.

De Benedictione & impositione pri-  
marij Lapidis pro Ecclesia  
ædificanda.

**Q**uando denouo construenda fuerit Ecclesia Ordi-  
nis nostri, prius quam eius iaciantur fundamenta;  
primus lapis ab Abbate in Pontificalibus as-  
sistente benedicitur. Pridie autem quam benedicendus & po-  
nendus sit, figatur Crux lignea in loco pro Altari Ecclesia  
designato: & prope illam præparetur lapis quadratus, ille ni-  
mirum qui sequenti die est benedicendus. Sequenti vero die  
(qui Dominicus aut Festiuus esse debet) statim de mane pre-  
parabuntur Sal, & Aqua. Abbas induetur Stola, & Pluuia-  
li supra Cucullam, nisi celebraturus sit; tunc enim accipiet  
omnia Pontificalia Paramenta; & portans Baculum, &  
Mitram; & commitantibus Monachis Assistentibus, præ-  
cedente Cruce, & duobus Ceroferarijs, pergit ad locum vbi  
Ecclesia est ædificanda; & stans ad faldistorium sibi præpa-  
ratum, primum omnium benedicat Salem & Aquam dicens  
Exorcismum utriusque cum Mitra; Versus autem & Col-  
lectas, & item Salis in Aquam missionem cum Collecta cor-  
respondente sine Mitra; eo ordine quo habentur in Missali.  
Benedictione peracta, Abbas accipit Mitram, & incipit  
Antiphonam, & Psalmos sequentes. Interim tamen, dum di-  
cuntur, aspergit locum vbi Crux posita est.

*Antiphona.* Signum salutis pone Domine Iesu Christe in loco isto;  
& non permitas introire Angelum percutientem. *Psal. 83.*  
Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, &  
deficit anima mea in atria Domini, &c. *Cum Gloria Patri.*

*Finito Psalmo, Abbas stans versus locum aspersum deposita Mitra dicit.*

Oremus.

Domine Deus, qui licet cœlo, & terra non capiaris, domum tamē dignaris habere in terris; ubi nomen tuum iugiter inuocetur; locum hunc quæsumus B. Mariæ semper Virginis, & B. N. (*Nominando Sāctum in cuius honorem construenda est Ecclesia,*) omniumque Sāctorum intercedentibus meritis, sereno pietatis tuæ intuitu visita; & per infusionem gratiæ tuæ ab omni inquinamento purifica; purificatumque conserua. Et qui dilecti tui David deuotionem, in filij sui Salomonis compleuisti; in hoc opere desideria nostra perficere digneris; efugiantque hinc omnes nequitia spirituales. Per Dominum nostrū Iesum Christum Filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus Sācti Deus per omnia secula seculorum. *Resp. Amen.*

*Deinde versus Lapidem, etiam sine Mitra.*

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomine Domini.

*Resp.* Qui fecit Cœlum, & terram.

*Vers.* Sit nomen Domini benedictum.

*Resp.* Ex hoc, nunc, & vsque in seculum,

*Vers.* Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.

*Resp.* Hic factus est in caput anguli.

*Vers.* Tu es Petrus.

*Resp.* Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

*Vers.* Gloria Patri, & Filio, & Spiritu Sācto.

*Resp.* Sicut erat in principio, &c.

Oremus.

Domine Iesu Christe Filij Dei Viui, qui es verus Omnipotens Deus, splendor, & imago æterni Patris, & vita æterna; qui es lapis Angularis, de monte sine manibus abscisus, & immutabile fundamentum; hunc Lapidem collocandum in tuo nomine confirma: & tu, qui es Principium, & Finis; in quo Principio Deus Pater ab initio cuncta creauit, sis quæsumus principium, incrementum, & consumatio istius operis; quod debet ad laudem & gloriam tui nominis inchoari. Qui cum

## Pars Secūda Bened. primi Lapidis. 53

cum Patre & Spiritu Sancto uiuis & regnas Deus per omnia secula seculorum. *Resp.* Amen.

*Oremus.*

Domine Sancte Pater Omnipotens Aeternus Deus, bene dicere dignare hunc Lapidem in fundamentum Ecclesiae, in honorem S. N. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, Lapidem probatum, Angularem, præciosum, in fundamento fundatum; de quo dicit Apostolus. Petra autem erat Christus. Qui tecum & cum Spiritu Sancto Deus uiuit & regnat per omnia secula seculorum. *Resp.* Amen.

*Tunc aspergit Lapidem aqua benedicta, & accepto Culiro per singulas partes sculpsit in eo signum Crucis dicens.*

In nomine Pa tris, & Fi lij, & Spir itus San t i. *Resp.* Amē.  
*Quo facto dicit.*

*Oremus.*

Benedic Domine creaturam istam Lapidis, & præsta per inuocationem sancti nominis tui; ut quicumque ad hanc Ecclesiam ædificandam pura mēte auxilium dederint, corporis sanitatem, & animæ medellam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Deinde Abbas, accepta Mitra, sedet in faldistorio. Dicuntur Litanie à duobus Monachis, respondentibus cunctis: quibus finitis, Abbas, deposita Mitra, surgit, & stans versus primarium Lapidem dicit.*

*Oremus.*

Actiones nostras quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere; ut cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cepta finiatur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Deinde parato cemento, & Cementario assistente, Abbas cum Mitra inchoat Antiphonam sequentem; & sedet.* *Antiphona.*

Mane surgens Iacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper. Votum uouit Domino. Vere locus iste sanctus est, & ego nesciebam.

*Psalm. 126.*

Nisi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam, &c. Gloria Patri.

54 Pontif. Sacri Ord. Cist.

*Quod dicto Abbas surgit, & stans cum Mitra tangit & ponit ipsum Lapidem in fundamento dicens.*

In fide Iesu Christi collocamus hunc Lapidem primarium in hoc fundamento, in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti; ut videat vera fides hic, & timor Dei, fraternaque dilectio; & sit hic locus destinatus orationi; & ad inuocandū, & laudandum nomen eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu Sancto uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorum. *Resp. Amen.*

*Interim Camentarius locat ipsum Lapidem cum Cæmento. Abbas finita Oratione spargit super Lapidem aquam benedictam, dicens.*

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem de albor.

*Et statim inchoat. Psalmum quinquagesimum.*

*Psalm. 50.*

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, &c. cum Gloria Patri.

*Quo dicto, Abbas spargit aquam benedictam per omnia fundamenta, si sunt aperta, aut per locum eorum. Incipiens autem aspergere & circuire, inchoat Antiphonam, quam omnes prosequuntur.*

*Antiphona. O quam metuendus est locus iste: verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta Cœli.*

*Psalm. 86*

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob, &c. cum Gloria Patri.

*Interim Abbas aspergendo procedit vsque ad tertiam partem fundamentorum designatorum: ibi subsistit; repetitur Antiphona. Et stans, deposita Mitra, dicit.*

*Oremus.*

*Prior ex duobus Assistentibus. Flectamus genua. Secundus: Leuate. Tunc Abbas.*

Omnipotens & misericors Deus, qui Sacerdotibus tuis tantā præcæteris gratiam contulisti; ut quidquid in tuo nomine dignè perfecte que ab eis agitur, à te fieri credatur: quæsumus immensam clementiam tuam; ut quidquid modo uisitaturi sumus, uisites; & quidquid benedicturi sumus, benedicas: sitque ad nostræ humilitatis introitum, sancto-



Pars Secunda de Conf. & Bened.

85

sanctorum tuorum meritis, fuga Dæmonum, Angeli pacis ingressus. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

*Deinde inchoat Antiphonam sequentem, alijs prosequentibus.*

*Antiphona.*

Pax æterna ab æterno Patre, huic domui pax perennis, Verbum Patris, sit pax huic domui. Pacem pius consolator, huic præstet domui.

*Interim Abbas accepta Mitra aspergendo procedit usque ad aliam tertiam partem fundamentorum, ubi subsistit, & finita Antiphona stans cum Mitra dicit.*

Omnipotentem Deum, fratres charissimi, in cuius domo multe sunt mansiones, supplices deprecamur, vt locum istum nomini suo ædificandum per serenissimam pietatem tuam bene & dicere, sancti & ficare, & conse & crare dignetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum. *Resp. Amen.*

*Deinde inchoat, & ceteri prosequuntur Antiphonam.*

Bene fundata est domus Domini supra firmam petram.

*Psalm. 121.*

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus, &c. cum Gloria Patri.

*Reperitur Antiphona. Abbas aspergit ultimam tertiam partem fundamentorum: & tandem reuertitur ad locum, ubi lapidem posuit, & ibi stans, deposita mitra, dicit.*

*Oremus.*

*Prior Assistens.* Flectamus genua.

*Secundus.* Leuate.

Deus qui ex omnium cohabitatione Sanctorum æternum maiestati tuæ condidisti habitaculum; da ædificationi tuæ incrementa cœlestia; vt quod te iubente fundatur, te largiente perficiatur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

*Et statim Abbas, cantando si voluerit, inchoat Hymnum, quem omnes prosequuntur.*

Veni creator Spiritus, &c.

*Abbas genuflectit usque ad finem primi versus, & omnes cum eo. Tunc surgit stans, detecto capite usque ad finem Hymni, quo finito dicit.*

H

Descen-

Descendat, quæsumus Domine Deus noster, Spiritus tuus Sanctus super hanc domum ædificandam. qui & dcna nostra, & populi tui in ea sanctificet, & omnium corda dignanter emundet. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Oramus.*

Deus qui in omni loco dominationis tuæ clemens, ac benignus dedicator assitis; exaudi nos quæsumus, & concede: vt inuiolabilis huius loci permaneat constructio: & beneficia tui muneris vniuersitas fidelium, quæ tibi supplicat, percipere mereatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c. *Resp.* Amen.

*Hoc facto, accepta mitra Abbas, si placuerit, sedens in saldistorio exhortabitur populum ad contribuendum pro structura Ecclesiæ noua: Deinde stans cum mitra, & tenens in sinistra Baculum pastorem dabit Benedictionem solennem, dicens.*

*Vers.* Sit nomen Domini benedictum.

*Resp.* Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomini Domini.

*Resp.* Qui fecit coelum & terram.

Benedicat vos diuina Maiestas. Pa † ter, Fi † lius, & Spi † ritus Sanctus. *Resp.* Amen.

## De consecratione Altaris immobilis.

**A**ltaris consecratio quamuis omni die de iure fieri possit, accētius tamen in Dominicis diebus, vel Sanctorum solennitatibus fit. Sane vero ante diem consecrationis Abbas parat Reliquias in Altari consecrando includendas, ponens eas in decenti, & mundo Vasculo, cum tribus granis iheris. Ponit etiam in eo Cartham de pargameno scriptam in hac forma.

Ano Domini M. DC. XXVIII. die N. Mensis N. ego N. Abbas

bas N. consecraui Altare hoc in honorem Sãcti N. & Reliquias Sanctorum Martyrum N. & N. in eo inclusi, & singulis Christi fidelibus hodie, & in die anniuersario cõsecrationis huiusmodi. ipsum visitantibus quadraginta dies de vera indulgentia, in forma Ecclesiæ consueta, concessi. Sigillans ipsum Vasculum diligenter, in honesto, & mundo loco ponens, cum duobus luminaribus ardentibus.

Ante Reliquias celebranda de nocte sunt Vigilia, & canendi Nocturni, & Matutina Laudes, in honorem Sanctorum quorum sunt.

Parantur etiam in Ecclesia, quæ ad altaris Consecrationem sunt necessaria, videlicet, Sanctum Chrisma in vasculo, & ampulla: Oleum sanctum Casbecumenorum etiam in vasculo, & ampulla: una libra thuris, cuius medietas sit in granis; Thuribulum, cum Navicula, & Cochleari: Vas cum pyruis ardentibus: Vas aqua plenum, quod in Presbyterio ponitur: Vas cum cineribus: Vas cum sal: Vas vini; Aspersorium factum de herba hyssopi; Mantilia ex tela grossa, ad extergendam mensam Altaris consecrandi quoties expedierit: Coopertura linea cerata ad mensuram ipsius Altaris cõsecrandi: Quinq; Cruces parua facta de candelis cera subtilibus: Aliqua spatula lignea parua ad abradendum de Altari cõbustiones candelarum, & thuris. Vas in quo ipsa rasura deponatur: Calx, & arena ad faciendum camentum, pro limiendo sepulchro Reliquiarum, & iunctura mensæ Altaris cum stipite: Cementarius, qui hoc agat: Duo Intortilia accensa, quæ semper præcedant Abbatem, quocumque erit: Vas cum aqua, ad abluendas manus Abbatis; & medulla panis, ac mantilia pro extergendis eisdem: Bombyx pro extergenda cruce, quæ sit in stipite Altaris: Tobacea noua munda, & Vasi, atque Ornamenta ad cultum Altaris, postquam consecratum fuerit, benedicenda.

Abbas mane venit ad Ecclesiam cum Cuculla, & comitatu Monachorum consueto pro his actibus, & facta prius oratione, sedet in faldistorio sibi prope Altare consecrandum reparato: ubi submissa voce, cum suis Monachis recitat septem Psalmos Penitentiales, & in fine omnium Antiphonam, sine Litanis.

Ne reminiscaris Domine, delicta nostra, neque parentum nostrorum, neque vindictam summas de peccatis nostris.

Interim dum recitat Psalmos induit Amictum, albam, Cingulum

lum, Stolum, Crucem pectoralem, & Pluuiiale albi coloris, accipiens  
Mitrā. & in sinistro Baculum pastoralem. Ex assistentibus autem  
Monachis accipiens Pluuialia, seu Cappas quot voluerint. Paratis  
omnibus, & expletis septem Psalmis Abbas cum Ministris accedit  
coram altare consecrando; ubi stans sine Mitra inchoat Antiphonā,  
quam ceteri omnes alij prosequuntur.

*Antiphona.* Adesto Deus Vnus Omnipotens, Pater, Filius, & Spiritus  
Sanctus.

*Deinde dicit stans eodem modo.*

Oremus.

Actiones nostras quæ sumus Domine aspirando preueni, &  
adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio à te  
semper incipiat, & parte cepta finiatur. Per Christum Dominū  
nostrum. *Resp.* Amen.

*Qua dicta Abb. accepta Mitra, procumbit super faldistorium atque  
incipit legere Litanias.*

Kyrie eleyson.

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Christe eleyson.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de coelis Deus.

Fili Redemptor mundi Deus.

Spiritus Sancte Deus.

Sancta Trinitas vnus Deus.

Sancta Maria.

Sancta Dei genitrix.

Sancta Virgo Virginum.

Sancte Michael.

Sancte Gabriel.

Sancte Raphael.

Omnes Sancti Angeli, & Archangeli Dei.

Omnes Sancti beatorum Spirituum Ordines.

Sancte Ioannes Baptista.

Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ.

Sancte Petre.

Miserere nobis.

Miserere.

Miserere.

Miserere.

Ora pro nobis.

ora pro.

ora.

ora.

ora.

ora.

Orate pro nobis.

orate.

ora.

orate.

ora.

San-

Sancte Paule.	ora.
Sancte Andrea;	ora.
Sancte Iacobe,	ora.
Sancte Ioannes.	ora.
Sancte Luca.	ora.
Sancte Marce.	ora.
<b>Omnés Sancti Apostoli, &amp; Euangelistæ.</b>	<b>Orate pro.</b>
Sancte Stephane.	ora.
Sancte Laurenti.	ora.
Sancte Vincenti.	ora.
<b>Sancti Fabiane, &amp; Sebastiane.</b>	<b>Orate pro.</b>
<b>Omnes sancti Martyres.</b>	ora.
Sancte Gregori.	ora.
Sancte Ambrosi.	ora.
Sancte Agustine.	ora.
Sancte Hieronyme.	ora.
Sancte Edmunde.	ora.
Sancte Guillerme.	ora.
Sancte Petre.	ora.
Sancte Malachia.	ora.
<b>Omnes sancti Pontifices, &amp; Doctores.</b>	<b>Orate pro.</b>
Sancte Pater Benedicte.	ora.
Sancte Pater Bernarde.	ora.
Sancte Roberte.	ora.
Sancte Stephane.	ora.
Sancte Dominice,	ora.
Sancte Francisce.	ora.
<b>Omnes sancti Confessores.</b>	<b>orate.</b>
<b>Sancta Maria Magdalena.</b>	ora.
Sancta Lucia,	ora.
Sancta Agnes.	ora.
Sancta Cecilia.	
Sancta Catherina.	ora.
<b>Omnes Sanctæ Virgines.</b>	<b>orate.</b>
<b>Omnes sancti, &amp; Sanctæ Dei</b>	<b>Intercedite pro.</b>
<b>Propitius esto.</b>	<b>Parce nobis Domine.</b>
	H'3
	Pro-

Propicius esto.	Exaudinos Domine.
Ab omni malo.	Liberanos Domine.
Ab omni peccato.	Liberanos Domine.
Ab ira tua.	Liberanos Domine.
A sabitanea, & improuisa morte.	Libera.
Ab insidijs diaboli.	Libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate.	Libera.
A spiritu fornicationis.	Libera.
A fulgure, & tempestate.	Libera.
A morte perperua.	Libera.
Per mysterium sanctæ Incarnationis tuæ.	Libera.
Per Aduentum tuum.	Libera.
Per Natiuitatem tuam.	Libera.
Per Crucem, & Passionem tuam.	Libera.
Per sanctam Resurrectionem tuam.	Libera.
Per admirabilem Ascensionem tuam.	Libera.
Per aduentum Spiritus Sancti Paracliti.	Libera.
In die iudicij.	Libera.
Peccatores.	Te rogamus audinos.
Vt nobis parcas,	Te rogamus.
Vt nobis indulgeas.	Te rogamus.
Vt ad veram poenitentiam nos perducere digneris.	Te roga.
Vt Ecclesiã tuam sanctã regere, & conseruare digneris.	Te roga.
Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris.	Te roga.
Vt Regibus, & Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare digneris.	Te roga.
Vt mentes nostras ad cælestia desideria erigas.	Te roga.
Vt omnibus benefactoribus nostris temporaria bona retribuas.	Te roga.
Vt fructus terræ dare, & conseruare digneris.	Te roga.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris.	Te roga.

*Tunc Abbas ab acubitu surgit, & baculum pastorale in sinistra tenens, dexteram in altum extendens, producit communiter super Arã & stipitem altaris consecrandi ter successiue signans Crucem, dicens hoc modo.*

Vt

Vt Altare hoc ad honorem tuum, & nomen sancti N. consecrandum Bene † dicere digneris. Te rog.

Vt Altare ad honorem tuum, & nomen Sancti N. consecrandum Bene † dicere, & sancti † ficare digneris. Te rog.

Vt Altare hoc ad honorem tuum, & nomen Sancti N. consecrandum Bene † dicere, facti † ficare, & conse † crare digneris. Te rog.

*Quo dicto, iterum accumbit super salsistorio, & continuantur Litanie.*

Vt nos exaudire digneris. Te rog.

Fili Dei. Te rog.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Parcenob. Dñe.

Agnus Dei qui. exaudinos Dñe.

Agnus Dei qui. Miserer. nob.

Kyrieleyson. Christeleyson. Kirieleyson. Pater noster.

*Tunc Abbas ab accubitu surgit, & cum Mitra accedit versus Altare consecrandum, & distans ab illo spatio congrueni, deposita Mitra, genuflexus, dicit.*

Deus in adiutorium meum intende.

*Quo dicto, Abbate surgente, Assistentes respondent.*

Domine ad adiuuandum me festina.

*Tunc Abbas stans sine Mitra in eodem loco dicit.*

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

*Assistentibus respondentibus.*

Sicut erat in principio, &c.

*Quod idem, eodem modo & loco, secundo, & tertio fiat.*

*Quibus dictis, Abbas stans in eodem loco, cum Mitra, benedicit Aquam cum sale, cinere, & vino, incipiens absolute exorcismum Salis hac modo.*

Exorcitote creatura Salis in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui Apostolis suis ait, Vos estis Sal terrae, & per Apostolum dicit; Sermo vester semper in gratia Sale sit conditus; vt Sancti † ficeris, ad Consecrationem huius Altaris, ad expellendas omnes Dæmonum tentationes: & omnibus, qui ex te sumpserint

*Benedic el aqua  
Utando in pie  
e cha sal, unig,  
Uino  
to 1º la sal  
pufale  
mitra*

ferint, sis animæ & corporis tutamentum, & sanitas, protectio,  
& confirmatio salutis. Per eundem Dominum nostrum Iesum  
Christum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæcu-  
lum per ignem. *Resp.* Amen.

*Deinde deposita Mitra, dicit.*

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus Pater Omnipotens, qui hanc gratiam cælitus  
Salis tribuere dignatus es; vt ex illo possint vniuersa condiri,  
quæ hominibus ad escam procreasti, Bene ÷ dic hanc creaturam  
Salis ad efugandū inimicum; & ei salubrem medicinam immit-  
te; vt proficiat sumentibus ad animæ, & corporis sanitatem. Per  
Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Tunc assumpta Mitra, dicit absolute exorcismum Aqua.*

Exorcitote, creatura Aquæ, in nomine Dei Pa ÷ tris, & Fi ÷  
lij, & Spiritus ÷ Sancti, vt repellas Diabolum à termino iusto-  
rum, ne sit in vmbraculis huius Altaris: & tu Domine Iesu Chri-  
ste infunde Spiritū Sanctum in Alrare hoc; vt proficiat ad sani-  
tatem corporum animarumquæ adorantium te: & magnificetur  
nomen tuum in gentibus: & increduli corde conuertantur ad  
te; & non habeant alium Deum præter te Dominum solum,  
qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ig-  
nem. *Resp.* Amen.

*Deinde deposita Mitra, dicit.*

*Vers.* Domine exaudi orationem meam.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus:

Domine Deus Pater Omnipotens, Statutor omnium elemē-  
torum, qui per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrū  
elemen-



elementum hoc Aquæ in salutem humani generis esse voluisti; te supplices deprecamur, vt ex auditis orationibus nostris, eam tuæ pietatis adspèctû sanctifices; atque ita omnium Spirituum immundorum ab ea recedat incurfio; vt vbiçumquè fuerit in nomine tuo adfperfa, gratia tuæ benedictionis adueniat; & mala omnia, te propiciante, procul recedant. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum qui tecum viuît, & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. *Resp. Amen.*

*Tunc stans sine Mitra, dicit supra cineres.*

*Vers. Domine exaudi orationem meam.*

*Resp. Et clamor meus ad te veniat.*

*Vers. Dominus vobiscum.*

*Resp. Et cum spiritu tuo.*

*Benedictio =  
Geniza =*

Oremus.

Omnipotens Sempiternè Deus, parce poenitentibus; propitiare supplicantibus; & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de cœlis, qui bene f̄ dicat, & sanctificet hos Cineres: vt sint remedium salubre omnibus Nomen Sanctum tuum humiliter implorantibus; ac semetipsos conscientia delictorum suorum accusantibus, ante conspectum diuinæ clementiæ tuæ facinora sua deplorantibus, vel serenissimam pietatem tuam suppliciter. obnixèquè flagitantibus; & præsta, per inuocationem sanctissimi Nominis tui, vt quicumquè eos super se adfperferint pro redemptione peccatorum suorum, corporis sanitatè, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

*Tunc Abbas accipit Sal, & miscet Cineri in modum Crucis, dicens.*

Commixtio salis, & Cineris pariter fiat. In nomine Pa + tris, & Fi + lij, & Spiritus + Sancti. *Resp. Amen.*

*Deinde accipiens pugillum de mixtura Salis, & cinerum, in modum Crucis, ter immittit in Aquam, qualibet vice dicens.*

Commixtio Salis, Cineris, & Aquæ pariter fiat. In nomine Pa + tris, & Fi + lij, & Spiritus + Sancti. *Resp. Amen.*

*mezcha La sal  
La Geniza en  
modo de +*

*To ma de todo =  
Sunto, Yecha lo  
en day a en +*

*Vers.* Domine exaudi orationem meam.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

*Benedicere ellino*  
Domine Iesu Christe, qui in Cana Galileæ ex aqua vinum fecisti, qui es vitis vera; multiplica super nos misericordiam tuam, & Bene + dicere, & Sancti + ficare digneris hanc creaturam Vini, vt vbi cumquè fufum fuerit, vel ad i'perfum, diuinæ Benedictionis tuæ opulencia repleatur, & Sanctificetur Qui cū Patre, & Spiritu Sancto viuis, & regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

*De inde mitti in modum Crucis Vinum in Aquam ipsam, dicens.*

Commixtio Vini, Salis, Cineris & Aquæ pariter fiat. In nomine Pa + tris, & Fi + lii, & Spiritus + Sancti. *Resp.* Amen.

*Vers.* Domine exaudi orationem meam.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

*Hæc oratione*  
Omnipotens Sempiternæ Deus, Creator, & Conseruator humani generis, & dator gratiæ spiritualis, ac largitor æternæ salutis, emitte Spiritum Sanctum tuum super hoc Vinum cum Aqua, Sale, & Cinere mixtum; vt armatum cœlestis defensione virtutis, ad consecrationem huius Altaris, proficiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c. *Resp.* Amen.

*Post hæc Abbas procedit ad Altare cum Mitra, & ibidem inchoat Antiphonam, quam alij prosequuntur.*

*Antiphona.*

Introibo ad Altare Dei: Ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

*Psalms.*

*Psalmus, 42.*

Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo, & doloso erueme.

*Repetitur tota Antiphona prædicta, si fuerit necesse; tam in huius, quam in aliorum versuum fine: sin minus in fine Psalmi tantum repetatur.*

Quia tu es Deus meus, fortitudo mea, &c. *Finitur Psalmus sine Gloria Patri. Interim Abbas recensa Mirra, stans ante Altare intingit pollicem dexterae manus in aqua prædicta, & cum eo, & aqua huiusmodi facit Crucem in medio Tabulae Altaris dicens.*

Sancti + cetur hoc Altare in honorem Dei Omnipotentis, & gloriosae Virginis Mariae, adque omnium Sanctorum, & ad nomen, ac memoriam Sancti N. In nomine Pa + tris, & Fi + lij, & Spiritus + Sancti. Pax tibi.

*De inde facit ex eadem aqua cum eodem pollice quatuor Cruces in quatuor cornibus Altaris, repetens in qualibet Cruce verba præmissa. Sancti + ficetur hoc Altare, &c. Facit autem primam Crucem in dextera parte posteriori Altaris, ubi legitur Euangelium: secundam in sinistra parte anteriori; tertiam in dextera anteriori; quartam in sinistra posteriori.*

*Quo facto, & finitis Psalmo, atque Antiphona, Abbas stans ibidem, deposita Mirra, dicit.*

Oremus.

*Prior Assistens. Flectamus genua.*

*Secundus. Leuate.*

Singulare illud propiciatorium in Altari Crucis pro nobis redimendis oblatum, in cuius præfiguratione Patriarcha Iacob lapidem erexit in titulum, quo fieret sacrificium, & portæ coeli desuper aperiretur oraculum; supplices tibi Domine, preces fundimus; ut Lapidis huius expolitam materiam supernis sacrificijs imbuendam ipse tuæ dari sanctificationis ubertate præcipias, qui quondam Lapideis legem scripsisti in tabulis. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

*oratione expleta, Abbas circuit septies Tabulam Altaris, aspergens eam, & stipitem de aqua cum sale, cinere, & vino benedicta cum aspersorio de herba hyssopi facto. Interim autem, ipso incipiente, & reliquis prosequentibus dicitur*

*Antiphona.*

*Asperges me Domine, hyssopo & mundabor lauabis me, & super niuem de albabor.*

*Psalmus. 50.*

*Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam, &c. Et non dicitur Gloria Patri, sed repetitur Añã.*

*Qua finita, Abbas stans sine Mitra ante medium Altaris dicit.*

*Vers. Domine exaudi orationem meam.*

*Resp. Et clamor meus ad te veniat.*

*Vers. Dominus vobiscum.*

*Resp. Et cum spiritu tuo.*

*Oremus.*

*Deus, qui es visibilium rerum omnium, & inuisibilium Conditor, ad dedicationem huius Dominicæ mentæ adesse dignare; & quæ sacramento Oleo, & Chrismate à nobis indignis est linienda, & benedicenda, tuæ sanctiificationis in eam infunde virtutem, & consecrationem, vt omnes qui ad eam, te deprecaturi accesserint, tuæ propitiationis auxilium sentiant. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.*

*Deinde ibidem, cum pramissa aqua benedicta, & calce atque arena facit cæmentum, quod mox deposita Mitra, benedicit, dicens.*

*Vers. Dominus vobiscum.*

*Resp. Et cum spiritu tuo.*

*Oremus.*

*Summe Deus, qui summa, & media, iniquè custodis; qui omnem creaturam, intrinsecus ambiendo, concludis; Sanctiificatione, & Bene dicitur has creaturas calcis, & sabuli. Per Christum*

*Domini*

Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Cementum benedictum reseruatur, sed residuum aqua benedicta funditur ad vasum, siue pedem stipitis Altaris per circuitum. Abbas de inde procedit processionaliter cum Cruce, & monachis, ad locum, in quo nocte præterita reposita fuerunt Reliquia, sed prius quàm locum ipsum ingrediatur, stans ab extra, deposita Mitra dicit.*

Oremus.

*Prior Assistens.*

Flectamus genua.

*Secundus.*

Leuate.

*Tunc Abbas.* Aufer à nobis quæsumus Domine, cunctas iniquitates nostras, vt ad Sancta Sanctorum puris mereamur mētibus introire. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Ingressus verò, etiam sine Mitra, stans versus Reliquias easdem dicit.*

Oremus:

Fac nos quæsumus Domine, Sanctorum tuorum tibi specialiter dedicata membra digne contingere, quorum patrocinia cupimus incessanter habere. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Et statim Abbas sine Mitra accipit reuerenter Vasculum Reliquiarum: & accepta Mitra, portat eas solenniter, & processionaliter ad Altare consecrandum, vel si sint super feretrum, per Sacerdotes ferri facit, ipso inchoante, & reliquis prosequenibus Añam.*

Cum iucunditate exhibitis, & cum gaudio deducemini: nam & montes, & colles exilient expectantes vos cum gaudio. Alleluia.

*Quod si hac Antiphona non sufficiat poterit addi sequens Responsorium.*

Surgite Sancti Dei de mansionibus vestris, loca sanctificate, plebem benedicite, & nos peccatores in pace custodite. *Vers.* Ambulate Sancti Dei ad locum prædestinatum, qui vobis præparatus est. *Resp.* Et nos peccatores in pace custodite.

*Cumque peruenerint prope ijsum Altare, deponit eas reuerenter supra aliquam mensam. luminaribus iuxta illas ardentibus. Et mox Abbas cum mitra stans prope Altare, inchoat, cæteris prosequentibus Antiphonam.*

Exultabunt Sancti in gloria lætabuntur in cubilibus suis.

*Psalm. 149.*

Cantate Domino canticum nouum, laus eius in Ecclesia Sanctorum. Et cætera usque in finem. Et non dicitur Gloria Patri, sed reperitur Antiphona. Qua finita Abbas, deposita Mitra, & stans uersus Altare, dicit.

Oremus.

Deus qui in omni loco dominationis tuæ clemens, ac benignus dedicator assistis; exaudinos quæsumus, & concede; ut inuiolabilis permaneat huius loci consecratio, & beneficia tui muneris uniuersitas fidelium, quæ tibi supplicat, percipere mereatur, Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Et mox Abbas, accepta Mitra, signat cum pollice dextra manus, de Chrismate confossionem, seu sepulcrum Altaris, in quo Reliquiæ sunt reponenda, in quatuor angulis faciens in singulis signum Crucis, & dicens, dum unam quamque Crucem facit.*

Consecratur, & Sancti + ficetur hoc sepulcrum. In nomine Pa + tris, & Fi + lii, & Spiritus + Sancti Pax huic Domui.

*Deinde posita Mitra recondit ibi Vasculum cum Reliquiis, & alijs in eo inclusis reuerenter, inchoans Antiphonam, quam alij prosequuntur.*

*Añã.*

Sub Altari Dei sedes accepistis, Sancti Dei, intercedite pro nobis ad Dominum Iesum Christum.

*Vers.* Exaltabunt Sancti in gloria.

*Resp.* Lætabuntur in cubilibus suis.

Sub Altare Dei, &c. *Reperitur.* *Añã.*

*Interim Abbas benedicit in censum, oblatum tibi à priori ex Assistentibus, fundens illud super prunas, & dicens Ab illo benedicatur, &c.*

Pars Secunda de Conf & Bened.

69

&c. *Quam benedictionem Assistens petit genuflexo ad Abbatem, porrigens Coclear cum incenso, & dicens. Dōne iube benedicere.*

*Abbas accipit Thuribulum, & Thurificat Reliquias inclusas, quo facto, & imposta sibi Mitra accipit lapidem, seu tabulam, cum qua debet claudi sepulcrum: & facit, cum pollice crucem de Chrismate in medio eius de substus dicens.*

Confiteretur, & sanctificetur hæc tabula (vel hic Lapis) per istam vnctionem, & Dei benedictionem, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Pax tibi.

*Et mox ponit, & coaptat tabulam, seu lapidem supra sepulcrum, claudens illud, & inchoans Antiphonam, & alij prosequuntur. Añā. Sub Altare Dei audiui voces occisorum dicentium, Quare nō defendis sanguinem nostrum? Et acceperunt diuinum responsum. Adhuc sustinete modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum.*

*Alia. Añā.*

Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt, & viuent nomina eorum in æternum.

*Vers. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.*

*Resp. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, &c.*

*Post hæc Abbas deposita Mitra, dicit.*

Oremus.

Deus qui ex omnium cohabitatione Sanctorum æternam maiestati tuæ condidisti habitaculum, da ædificationi tuæ in cœlestia caelestia; & præsta, vt quorum hic Reliquias pio amore completimur, eorum semper meritis adiuuemur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

*Tunc accepta Mitra, & Abbate prius incipiente, cementarij cum cemento benedicto formant ipsam tabulam, seu lapidem super sepulcrum. Deinde Abbas facit Crucem de super ex Chrismate, cum pollice dextere manus dicens. Signetur, & Sanctificetur hoc Altare. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Pax tibi.*

*Tunc deposita Mitra inchoat, alijs prosequentibus, Antiphonam. Stetit Angelus iuxta Aram Templi, habens Thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei incensa multa, & ascendit summus*

*aroma.*

aromatum in conspectu Dei. Alleluja.

*Interim Abbas cum Mitra Thurificat Altare undique ad dextrum, & sinistrum latus, ante & desuper, donec Antiphona, finiatur. Qua finita, stans coram Altare sine Mitra dicit.*

Oremus.

Dirigatur oratio nostra, quæsumus Domine, sicut incensum in conspectu tuo: & copiosa beneficia Christianus populus assequatur: Ut quicumque tibi in hoc Altari sacræda libamina deuotus obtulerit, vel sacrata susceperit; & vitæ subsidia præsentis accipiat, & remissionem omnium peccatorum pariter consequatur, & gratiam sempiternæ redemptionis percipiat. Per Christum Dominum nostrum *Resp.* Amen.

*Post hac Abbas, accepta Mitra sedet, & Ministri extergunt mensam Altaris cum linteo mundo, & mox Abbas Thurificat super illa in modum Crucis in medio, & in quatuor eius cornibus, quo factò Abbas ponit iterum incensum in Thuribulo, & illud benedicit, ut supra ministrante Assistente: ac tradit uni sacerdoti, qui continuo Altare circuit incensando, donec consecratio perficiatur, excepto eo tempore, quo Abbas illud incensat.*

*Tunc Abbas adhuc cum Mitra stans inchoat, reliquis prosequentibus Responsorium sequens.*

*Resp.* Dirigatur oratio mea sicut in cæsum. In cõspectu tuo Dñe.

*Vers.* Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

*Resp.* In conspectu, &c. Quod dum dicitur, Abbas circuit ter Altare ad dexteram continue Thurificando. Finita autem incensatione, inchoat, ceteris prosequentibus Antiphonam.

Erexit Iacob lapidem in titulum fundens oleum desuper: votum vouit Deo Iacob.

*Psalms 85.*

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.

*Et continuatur Psalmus, repetita Antiphona inter versum, & versum*



sum si opus fuerit, & non dicitur Gloria Patri in fine Psalmi, sed Añā repetitur.

Interim Abbas stans cū Mitra intingit pollicem dexterae manus in oleū cathecumenorū, & cum consignat in medio Altaris, & in quatuor eius cornibus, in locis in quibus fecerat Cruces de aqua benedicta: Videlicet primā in medio Altaris, secundā in dextero posteriori, id est, Euangelij latere, tertiam in sinistro anteriori, quartam in dextero anteriori, & tandem quintam in sinistro posteriori, dicens, dum singulas Cruces facit. Sancti + ficetur, & Conse + cretur lapis iste. In nomine Pa + tris, & Fi + lij, & Spiritus + Sancti, in honorem Dei, & gloriose Virginis Mariæ atque omnium Sanctorum, ad nomen, & memoriam Sancti N. Pax tibi.

Deinde Abbas accepto Thuribulo, à Sacerdote Altare incensante, imposito, & benedicto, ut prius incenso, stans cum Mitra inchoat & ceteri prosequuntur Responsorium sequens.

R. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo Domine.

Vers. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.  
Resp. Sicut incensum, &c.

Quo incepto, Abbas circuit semel Altare ad dexteram Thurificando illud: deinde restituito Thuribulo Sacerdoti, & Responsorio finito, sine Mitra dicit.

Oremus.

Prior Assistens. Fleſtamus genua secundus. Leuate.

Adsit Domine misericordie tuæ ineffabilis pietas, & super hūc lapidē opem tuæ Benedictionis, & virtutem tuæ vncionis infunde, ut te largiente, referat præmium quisquis intulerit votum. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

Oratione finita Abbas inchoat, & ceteri prosequuntur Antiphonam.

Manè surgens Iacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper: votum vouit Domino: verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam.

*Psalmus. 91.*

Bonum est confiteri Domino, & psalere nomini tuo altissime.

*Repetitur Antiphona post finem singulorum versuum, & dicitur Psalmus integer, sine Gloria Patri.*

*Interim Abbas accepta Mitra, facit iterum quinque Cruces cum pollice de eodem oleo Cathecumenorum in eisdem locis Altaris, & eo ordine, prout prius fecit, dicens, dum singulas Cruces facit.*

Sancti ⁊ ficetur, & conse ⁊ cretur lapis iste. In nomine Pa ⁊ tris, & Fi ⁊ lii, & Spiritus ⁊ Sancti, in honorem Dei, & gloriosæ Virginis Mariæ, atque omnium Sanctorum, ad nomen, & memoriam Sancti N. Pax tibi.

*Deinde Abbas accepto Thuribulo à sacerdote Altare incensante, imposto, & benedicto novo Thure, stans, cum Mitra, inchoat iterum, alijs pro sequentibus Responsorium.*

Dirigatur oratio mea. Sicut incensum in conspectu tuo Domine.

*Vers.* Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

*Resp.* Sicut incensum, &c.

*Quo in incepto Abbas circuit semel Altare ad dexterâ illud incensando, quo facto, restituto Thuribulo Sacerdoti & responsorio finito, deposita Mitra, dicit.*

Oremus.

*Prior Assistens.* Flectamus genua.

*Secundus.* Leuate.

Adesto Domine, dedicationi huius mensæ tuæ, & in eam, quæ à nobis indignis sancto linita est oleo, Bene ⁊ dictionis, & sancti ⁊ ficationis tuæ virtutē, & consecrationē infunde. Qui vis & Regnas Deus, &c. *Resp.* Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Altare hoc, quod in honorem  
tuum

ruum, & in memoriam Sancti tui N. nos indigni consecramus virtute tuæ Bene + dictionis sanctifica, & omnibus te hic inuocā tibus, atque in te sperantibus auxiliij tui munus ostende; vt huic Altari imposita munera semper accepta fieri digneris; & in eo Sacramentorum virtus, & votorum semper obtineatur effectus. Per Christum Dominum nostrum, *Resp.* Amen.

*Oratione finita Abbas incipit, ceteris prosequentiibus Antiphonam.*

Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis.

*Psalm. 44.*

Eructauit cor meum Verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

*Et repetitur Antiphona post finem cuiuscunque versus: atque hoc modo finitur Psalmus, sine gloria Patri.*

*Interim Abbas accepta Mitra, iterum facit quinque Cruces de Sancto Chrismate, cum pollice dextera manus, in eisdem locis, & eodem ordine, ad quamlibet Crucem dicens.*

Sancti + ficetur, & conse + cretur lapis iste. In nomine Pa + tris, & Fi + lij, & Spiritus + Sancti, in honorem Dei, & gloriosæ Virginis Mariæ, atque omnium Sanctorum, ad nomen, & memoriam Sancti N. Pax tibi.

*Deinde Abbas accepto Thuribulo à Sacerdote incensante, imposto, & benedictio nouo Thure, stans cum Mitra inchoat, & ceteri prosequuntur Responsorium.*

Dirigatur oratio mea. *Sicut* incensum in conspectu tuo Dñe. *Vers.* Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. *Resp.* *Sicut, &c.*

*Quo incepto Abbas circuit semel Altare ad sinistram illud incensans, vt prius, & restituito thuribulo Sacerdoti, & responsorio finito, Abbas deposita Mitra, dicit.*

Oremus.

*Prior Assistens.*

Flectamus genua.

K 2

*Secun-*

*Secundus.*

Leuate.

Descendat quæsumus Domine Deus noster, Spiritus tuus Sanctus super hoc Altare, qui & dona nostra, & populi tui in eo sanctificet, & sumentium corda dignanter emundet. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

*Quo dicto Abbas inchoat, & reliqui prosequuntur, Añam.*

Sanctificauit Dominus tabernaculū suum, quia hæc est domus Dei: in qua inuocabitur nomen eius, de quo scriptum est: & erit nomen meum ibi, dicit Dominus.

*Psalmus. 45.*

Deus noster refugium, & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

*Repetitur Antiphona ad finem cuiuscūque versus, & finitur totus Psalmus sine Gloria Patri.*

*Interim verò Abbas accepta Mitra, fundit, & aspergit oleum cathecumenorum, & chrisma pariter de super Altare, illud manū dextera fricans, liniens, & perungens. Quo facto incipit, & alij prosequuntur Antiphonam.*

Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: crescere te faciat Deus meus, sicut arenam maris: & donet tibi de rore coeli benedictionem.

*Psalmus. 86.*

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.

*Et prosequuntur Psalmum vsque ad finem: sed non dicitur Gloria Patri.*

*Finito Psalmo Abbas stans cum Mitra, dicit.*

Lapidem hunc fratres carissimi, in quo unguentum Sacræ Vnctionis effunditur ad suscipienda populi sui vota, & sacrificia oremus, vt Dominus noster bene + dicat, & conse + cret: & quod est unctum à nobis, sit unctum in nomine eius: vt plebis vota suscipiat, & Altari per Sacram Vnctionem perfecto, dum  
propi-

*dice*

propiciationem Sāctorum imponimus, ipsi propiciatores Dei esse mereamur. Per Christum Dominum nostrum. *Respon.*  
Amen.

*Quo dicto Abbas inchoat, & reliqui prosequuntur Añam.*

Ædificauit Moyse Altare Domino Deo offerens super illud holocausta: & immolans victimas, fecit sacrificium Vespertinum in odorem suauitatis Domino Deo, in conspectu filiorum Israël.

*Et post hæc stans adhuc cum Mitra, dicit.*

Dei Patris omnipotentis mitericordiam supplices imploremus fratres carissimi, vt Altare hoc sacrificijs spiritualibus imbuendum, nostræ vocis exoratus officio, præsentī benedictione sanctificet, atquē in eo semper oblationes famulorum suorum, studio suæ deuotionis impositas Bene † dicere, & Sancti † ficare dignetur, & spiritali placatus incenso precibus familiæ suæ promptus exauditor assisat. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*De inde Benedicit incensum super Altare cremandum, stans, & deposita Mitra, dicens.*

*Vers.* Domine exaudi orationem meam.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Deus omnipotens, cui assisat Exercitus Angelorū cum tremore, quorum seruitium spirituale, & igneum esse cognoscitur: dignare respicere, Bene † dicere, & Sancti † ficare hanc creaturam incensū, vt omnes languores, omnesquē infirmitates, atquē insidiæ inimici odorem eius sentientes effugiāt, & separentur a plasmate tuo: nunquam lædatur amotu antiqui serpentis, quod præcioso Filij tui sanguine redemisti. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*De inde aspergit ipsum aqua benedicta, & accepta Mitra format propria manu, ex ipso incenso, quinque Cruces, quamlibet de quinque*

K 3

*empenya de la  
orden de mar. Logroño  
si quon:*

*et stans committit*

*Benedicere  
cum o robra la  
axat bndicta  
sequemur ad  
et av sin mitta*

*lucyoe cha aqua  
Bendita y quatro  
lamitra con  
u mano haz  
de lincio =  
cinco cruces  
de cinco granos  
sobula p ante  
q. rebujiron  
Lacti*

*Yohielar cruces  
de incensio pone  
dual & quillo  
cruces in den sar  
portas calceas  
p<sup>a</sup> gustobis  
que me = lucy  
estando in p<sup>a</sup>  
das, repone el  
p<sup>a</sup> de no dillay  
in mitra, &  
vini & unaca  
Gandules de ban  
ta yonir ando al  
Altar in mitra  
un p<sup>a</sup> arum  
dit*

granis super illa quinque loca Altaris, in quibus Cruces de aqua, & oleo, & Chrismate facta prius fuerant: & super quamlibet Crucem Thuris ponit unam Crucem factam de subtili candela, ad mensuram Crucis de granis incensi facta, & cuiuslibet Crucis capita accenduntur, ut cum ipsis thus comburatur.

Omnibus autem Crucibus accensis, Abbas deposita mitra, flexis coram Altare genibus inchoat, ceteris prosequenibus, hunc versum. Alleluia. *Vers.* Veni Sancte Spiritus; reple tuorum corda fidei, & tui amoris in eis ignem accende.

Sed a septuagesima usque ad Resurrectionem, dicitur, sine Alleluia.

Dicto versu, surgit Abbas, & stans ibidem versus Altare sine Mitra inchoat duas Antiphonas.

Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini, de manu Angeli.

Stetit Angelus iuxta aram Templi, habens thuribulum aureum in manu sua: & data sunt ei incensa multa, & ascendit fumus aromatum in conspectu Dei.

Quibus finitis Abbas adhuc stans ante Altare, sine Mitra, dicit.

Oremus.

*Prior Assistens.* Flectamus genua.

*Secundus.* Leuate.

Domine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, clemēs, & propicius preces nostræ humilitatis exaudi; & respice ad huius Altaris tui holocaustum, quod non igne visibili probetur, sed infusum Sancti Spiritus gratia, in odorem suavitatis ascendat: & legitime se fumentibus, Eucharistia medicabilis fiat, ad vitamque proficiat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Post hæc combustis candelis, & thure, cineris illius combustiones, per unum ex Ministris cum spatulis ligneis abraduntur, & collecti in aliquo vase projiciuntur in Sacrario. Interim Abbas sine Mitra, stans ante gradus Altaris, & versus illud dicit.

Oremus.

Oremus.

*Prior Assistens,* Flectamus genua.  
*Secundus.* Leuate.

Deus Omnipotens, in cuius honorem, ac Beatissime Virgini Mariæ, & omnium Sanctorum, ac nomen, & memoriam Sancti tui N. nos indigni Altare hoc consecramus, clemens, & propitius preces nostræ humilitatis exaudi; & præsta, vt in hac mensa sint libamina tibi accepta, sint grata, sint pinguia, & sancti spiritus tui semper rore perfussa: vt omni tempore hoc in loco supplicantis tibi familiæ tuæ anxietates releues, ægritudines cures, preces exaudias, vota suscipias, desiderata confirmes, postulata concedas. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuuit, & regnat in vnitare Spiritus Sancti Deus.

*De inde eodem modo stans, dicit, extensis manibus ante pectus, hanc præfationem.*

Per omnia sæcula sæculorum.

*Resp.* Amen.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Vers.* Sursum corda.

*Resp.* Habemus ad Dominum.

*Vers.* Gratias agamus Domino Deo nostro:

*Resp.* Dignum & iustum est.

Vere dignum & iustum est, æquum & salutare nos tibi semper, & vbiq̄ gratias agere, Domine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, & clemens, cuius nequè initium, neque finis aduertitur: qui quantus es tantus esse voluisti, sanctus scilicet, ac mirabilis Deus, cuius maiestatem elemēta non capiunt, te benedicimus: te supplices deprecamur, vt tibi sit altare hoc, sicut illud, quod Abel salutaris mysterij in passione præcurfor, iugulatus à fratre, nouo sanguine imbuuit, & sacrauit. Sit tibi Domine Altare hoc sicut illud, quod Abraham pater noster, qui videte te meruit, fabricauit, & inuocato tuo nomine consecrauit, in quo

quo Sacerdos Melchisedec sacrificij formam triumphalis ex-  
 præsit. Sit tibi Domine Altare hoc sicut illud, super quod Abra-  
 ham seminarium fidei nostræ Isaac filium suum, dum tibi toto  
 corde credidit, toto corde imposuit, in quo salutaris mysterij  
 Sacramentum Dominicæ passionis ostensum est, dum offertur  
 filius, agnus occiditur. Sit tibi Domine Altare hoc sicut illud,  
 quod Isaac puteum profundæ puritatis inueniens, Abundantiæ  
 ei nomen imponens, tuæ maiestati dicauit. Sit tibi Domine Al-  
 tare hoc, sicut ille Lapis, quæ Iacob superpones capiti suo ascēde-  
 tes, & descendētes Angelos per scalæ mysterium, somno reue-  
 lante cognouit. Sit tibi Domine Altare hoc sicut illud, quod  
 Moyse susceptis mandatis in præfiguratione Apostolica duo-  
 decim lapidum constructione firmauit. Sit tibi Domine Alta-  
 re hoc sicut illud, quod Moyse septem dierum purificatione  
 mundauit, & cœlesti tuo colloquio Sancta Sanctorum vocauit:  
 sicut loquutus es ad Moysem dicens, si quis tetigerit Altare hoc  
 sanctificatus habeatur. Sit in hoc ergo Altari innocentia cul-  
 tus, imoletur superbia, iracundia iuguletur, luxuria omni-  
 quæ libido feriat, offeratur pro turturibus sacrificium casti-  
 tatis; & pro pullis columbarū innocentiæ sacrificium. Per Domi-  
 num nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum uiuit  
 & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæ-  
 culorum. *Resp. Amen.*

*Præfatione finita, Abbas accepta Mitra, inungit cum pollice dex-  
 tera manus Chrismate intincto anteriorem frontem Altaris in mo-  
 dum Crucis, inchoans, alijs prosequentibus Añam.*

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, à Templo  
 sancto tuo, quod est in Ierusalem. Alleluia.

*Psalmus. 67.*

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui ode-  
 runt eum a facie eius, &c. *vsque in finem.*

*Quo dicto Abbas, deposita Mitra, dicit.*

Oremus.

Maiestatem tuam Domine, humiliter imploramus, vt Alta-  
 re



re hoc Sacrae Vnctionis libamina ad suscipienda populi sui munera inunctum potenter bene ꝑ dicere, & sancti ꝑ ficare digneris: vt quod nunc à nobis indignis sub tui nominis inuocatione, in honorẽ Beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, atque, in memoriam sancti tui N. Sacro sancti Chrismatis Vnctione delibutum est, placeat tibi, atque Altare maneat perfectum: vt quidquid deinceps super illud oblatum, sacratum ve fuerit, dignum tibi fiat holocaustum, atque omnium hic offerentium sacrificia à te pio Domino benigne suscipiantur, & per ea vincula peccatorum nostrorum absoluantur: maculae deleantur, veniæ impetrentur, & gratiæ acquirantur: quatenus vnà cum sanctis, & electis tuis vitam percipere mereamur eternam. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Tunc Abbas, assumpta Mitra, cum pollice dexterae manus Chrismate intincto inungit in modum Crucis coniunctiones mensæ, seu tabulae Altaris, & stipitis in quatuor angulis, quasi illa coniungens ad singulas Cruces dicens.*

In nomine Pa ꝑ tris, & Fi ꝑ lij, & Spiritus Sancti.  
*De inde deposita Mitra, dicit.*

Oremus.

Supplices te Domine deprecamur, omnipotēs æterne Deus, per Vnigenitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, vt Altare hoc sanctis vsibus præparatum coelesti benedictione sancti ꝑ fices, & sicut Melchisedec Sacerdotis præcipui oblationem, dignatione mirabili suscepisti, ita imposita huic nouo Altari munera semper accepta ferre digneris, vt populus qui in hâc Ecclesiæ domum sanctam conueniet, per hæc libamina, coelesti sanctificatione saluatus, animarum quoque suarum salutem perpetuam consequatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Post hæc subdiaconi abstergunt diligenter cum mantilibus tela grossa mensam Altaris, & Abbas accedit ad sedem suam iuxta Altare in qua cum Mitra sedens fricat bene manus, cum medula panis, ac lauat, & extergit. Quo facto Ministris presentantibus Abbati*

L

*Jobaleas*

*balneas nouas, & mundas ac uasa, & ornamenta ad cultum Dei, & Altaris consecrati pertinentia. Abbas deposita Mitra surgit & stans benedicit illa dicens.*

---

## Benedictio Tobalearum, & Ornamentorum Altaris consecrati.

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomine Domini.

*Resp.* Qui fecit coelum, & terram.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens, & misericors Deus, qui ab initio vtilia, & necessaria hominibus creasti, quique per famulum tuum Moysen vestimenta Pontificalia, & Sacerdotalia, seu Lenitica Sacerdotibus, & Leuitis, atque Ornamenta, & linteamina facere famulum tuum Moysen per quadraginta dies docuisti: atque etiam quæ Maria texuit, & fecit in usum ministerij tabernaculi foederis ordinasti. purificare, Sancti & ficare, benedicere, & consecrare per nostræ humilitatis seruitiū digneris hæc ornamenta, & linteamina in usum Altaris tui, vt diuinis cultibus, & sacris mysterijs apta existât, hisque cōfectioni corporis, & sanguinis Iesu Christi Filij tui Domini nostri dignis parentur famulatibus. Qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, Per omnia sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

*De inde aspergit illa aqua benedicta. Tunc Ministri ponunt pannum lineum ceratum super Altare, ad mensuram illius factum, & mox vestiunt Altare tobaleis, & frontali benedictis, ponentes desuper*

*per*

Pars Secunda de Conf. & Bened.

91

*per Crucem, & alia ornamenta. Interim autem Abbas, & alij Assistentes dicunt Antiphonas, versus, & responsoria, quæ sequuntur.*

*Antiphona.*

Circundate Leuitæ Altare Domini Dei, vestite vestimentis albis : state & vos canentes Hymnum nouum, dicentes. Alleluia.

*Antiphona.*

Mirabilis Deus in sanctis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

*Vers.* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

*Resp.* Sicut erat in principio, &c.

*Añã.*

Circundate Sion, & complectimini eam; narrate in turribus eius.

*Vers.* Magnus Dominus, & laudabilis nimis; in ciuitate Dei nostri in Monte Sancto eius.

*Responsorium.*

Induit te Dominus tunica iudicanditatis, & imposuit tibi coronam.

Et coronauit te ornamentis Sanctis.

*Vers.* Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt coram te.

Et coronauit te, &c.

*Vers.* Nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes, adorabunt Dominum : & terram tuam in sanctificatione habebunt, & nomen magnum tuum inuocabunt.

Et coronauit te, &c.

*Vers.* Benedicti erunt qui te ædificauerunt, tu autem lætaberis in filiis tuis: quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum.

Et coronabit te, &c.

*Añã.*

In velamento alarum tuarum protege nos Domine, & in laude tua gloriemur.

*Psalmus. 62.*

Deus Deus meus; ad te de luce vigilo. *Et cætera vsquæ in finem, cum Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat, &c.*

*Abbas sine Mitra ascendit ad Altare, & facta Cruci reuerentia incipit Antiphonam.* *Añā.*

Omnis terra adoret te Deus, & psallat tibi: laudem dicat nomini tuo Domine.

*Interim Abbas incensat super Altare in modum Crucis. Antiphona finita, eam reincipit, & iterum thurificat. Quod idem tertio facit. Et postea stans ante medium Altaris dicit.*

Oremus.

Descendat quæsumus Domine Deus noster Spiritus tuus Sanctus super hoc Altare, qui & dona nostra, & populi tui in eo sanctificet, & sumentium corda dignanter emundet. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Altare hoc nomini tuo dicatum coelestis virtutis Bene † dictione Sanctifica: & omnibus in te sperantibus auxilij tui munus ostēde, vt hic Sacramento- rum virtus, & votorum obtineatur effectus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

*Resp.* Amen.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Vers.* Benedicamus Domino.

*Resp.* Deo Gratias.

*Quo dicto Abbas, deposito Pluviali parat, se ad celebrandum, si voluerit. vel facit per aliquem alium sacerdotem in dicto Altari continuo celebrari. Misa erit de Sancto in cuius nomen Altare dicatum est, cum collecta de dedicatione Ecclesia, vel eadem Misa, qua in dedicatione.*

*Abbas dat benedictionem solennem, & publicantur indulgentia: & cunctis comitantibus, discedit.*

## De consecratione Altaris, cuius sepulcrum Reliquiarum cauatum est in summitate stipitis.

*Quando sepulcrum Reliquiarum non est cauatum in medio mēsa Altaris, ut assolet, sed in summitate stipitis, ut supra ipsum sit ponenda mensa Altaris, mutanda sunt hæc tantum quæ sequuntur.*

*Finita aqua benedictione cum vino, & cinere, & dicta collecta. Omnipotens sempiterne Deus, creator, & conseruator, &c. Abbas stans cum Mirra facit camentum, & benedicit, ut supra, folio. 64.*

*Et statim, tabula ipsa Altaris à stipite separata iacente, debet fieri Reliquiarum deportatio, & inclusio, ut fol. 67. notatum est, usque ad Consecratur, & sanctificetur hæc tabula, &c. inclusivè.*

*Quo dicto, sacerdotes eleuant mensam Altaris, & cementarij, cū cemento benedicto ipsam liniunt, & firman, incipiente Abbate, & prosequentiibus alijs Responsorium.*

*Resp. Vos Sacerdotes, & Leuitæ sanctificamini: Et afferte Aram Domini Dei Israel ad locum, qui ei paratus est.*

*Vers. Vos Sancti Domini vocabimini, ministri Dei nostri. Diceret vobis, sit timor Dei vobiscum, & cum diligentia cuncta facite, & afferte Aram, &c.*

*Quo dicto, atque Altare bene firmato, Abbas inchoat Antiphonã: Sub Altare Dei: Et continuat consecrationem usque in finem.*

## Pro consecratione Altarium portatili-um, siue Ararum.

Reliquia = Oleo  
 Chirama = incenso  
 incensario = frasco  
 aqua limpia = in aqua  
 congeneria = duo  
 con sal = ordo contin.  
 loco de lexba = vino  
 cruce de serilla =  
 aqua manil = gano  
 pan =

Altaris portatilis, siue Ara consecratio potest fieri quocumque die & loco: à ieiuno tamē stomacho. Paratur pro ea fere eadē, qua pro cōsecratione Altaris excepto quod Reliquia aliunde ad sportanda non sunt, sed ibi praeuenienda, & sufficiunt in parua quantitate, ut pote aqua regulariter non seruantur, sed solent cum granis incensi, & Crucibus de candelis factis concremari. Sic etiam thus in minori multo quantitate neque sabulum, & calx ad cōmentum faciendum requiruntur.

Abbas paretur Stola, Pluuiali, Baculo, & Mitra, nec desint ordinarij Ministri, cum cucullis, & Assistentes cum eis, siue cum Pluuialibus, & Adstantibus omnibus, cum Cruce, & cereis accensis, Abbas prope mensam, in qua Ara consecranda sunt ordine disposita, ut per omnes facile discurre possit circumeundo, itans, cum Mitra incipit, hoc modo.

Deum omnipotentem, fratres charissimi, votis exultantibus deprecemur, ut qui per omnem mundum fidem sparsit, & Ecclesiam congregauit, qui est lapis de monte sine manibus abscissus, qui angularem compagem solidauit, hanc petram (siue has petras) serenus illustret, eūque (vel eas, & sic deinceps) aeterno lumine irrigatā ita multiplicibus, & diuersis Chrismatibus locupletet, ut super illam administrandam sui corporis Hostiam bene † dicat, & suscipiat consecratam. Qui cum Deo Patre uiuit, & regnat, in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. Resp. Amen.

Deinde detecto capite, & genu flexus, ante arua consecranda, dicit.

Deus in adiutorium meum intende.  
 Surgit Abbas, & ceteri respondent.

Domine ad adiuuandum me festina.

Deinde Abbas stans, & sine Mitra.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Resp. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Quod idem eodem modo, & ordine secundo, & tertio faciunt.

Et statim Abbas cum Mitra benedicit aquam, cum sale, cinere, vino; prout habetur in consecratione Altaris, fol. 6 r. vsque ad orationem. Omnipotens sempiternus Deus, creator. Inclusiue.

Aqua benedicta, Abbas retenta Mitra, & stans ante Aras, intingit pollicem dexterae manus in aqua & cum eo, de aqua huiusmodi facit quinque Cruces, in medio, & in quatuor angulis cuiuscumque tabule, aut ara, dicens per singulas Cruces.

Sancti & ficitur, & conse & cretur hæc tabula: In nomine Patris, & Fi & lii, & Spiritus & Sancti. Pax tibi.

Prima crux fit in medio lapidis, cuiusque secunda in dextera parte posteriori, tertia in sinistra parte anteriori, quarta in dextera anteriori, & quinta tandem in sinistra posteriori.

Quo facto Abbas inchoat, & ceteri prosequuntur Antiphonam.

Añã.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem de albor.

Psalmus. 50.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Et dicitur totus sine gloria Patri, sed in fine repetitur Antiphona.

Interim Abbas cum Mitra aspergit cum aspersorio de herua hyssopi facto de ipsa aqua Aras per circuitum tribus vicibus. Quo facto aspersiones Ararum absterguntur cum mundo panno linco. Abbas autem deposita Mitra dicit.

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

per sigella  
aqua

Puncto lamitra  
Yeta do in pie de  
lante de las aras  
mox ad pulgar

Haec cinco  
lat. en m. = Ha  
dema, por su orden  
en cada una de las  
figura: 1, 2, 3, 4

Engiza del  
Y prouiguen

Dice el Psalm  
in q<sup>ta</sup> = 10  
la antiphona  
cha aqua sobre  
las aras tres veces  
con el Hyssopo de  
in ba, puesto la  
mitra: singian  
las aras: Y dix  
lamitra del

lamitra del

Oremus.

Deus qui es visibilium omnium rerum, & inuisibilium conditor, & cunctarum sanctificationum consecrator, ad dedicationem huius Dominicæ mensæ adesse dignare, & quæ sacro oleo, & Chrismate à nobis indignis est linienda, & benedicenda, tuæ sancti ficationis in eam infunde virtutem, & consecrationem, ut omnes qui ad eam te de precaturi accesserint, tuæ propiciationis auxilium sentiant. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Impiys de abb. y  
ordemar prioriquen.* Tunc Abbas inchoat, Ministris prosequentibus Antiphonam.  
Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo Domine.

*Incensa tra veses  
laraxa un mitra  
impiys, y prioriquen  
ordemar.* Et accepta Mitra, thurificat tertio Aras per circuitum, & statim inchoat, ministris prosequentibus Antiphonam.  
Erexit Iacob lapidem in titulum, fundens oleum de super.

Psalmus. 83.

*Impiys de abb. y  
ordemar prioriquen.* Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in Atria Domini.  
Et cetera vsque in finem Psalmi. Et non dicitur Gloria Patri, sed repetitur Antiphona.

*Impiys de abb. y  
ordemar prioriquen.* Interim Abbas stans cum Mitra intingit pollicem dexterae manus in oleum Cathecumenorum, & cum eo in medio Ara cuiusque, & quatuor eius cornibus facit quinque Cruces, in eisdem locis, & eodem ordine, quo eas fecerat de aqua benedicta, dicens.

*Impiys de abb. y  
ordemar prioriquen.* Sancti ficitur, & conse fcretur hæc tabula: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Pax tibi.

*Impiys de abb. y  
ordemar prioriquen.* De inde inchoat, Ministris prosequentibus, Antiphonam.

*Impiys de abb. y  
ordemar prioriquen.* Dirigatur, Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo, Domine.

*Impiys de abb. y  
ordemar prioriquen.* Et dum dicitur Añs, Abbas thurificat semel Aras per circuitum. Deinde restituito thuribulo, & Antiphona finita, dicit.

Ore-



Oremus.

*Prior Assistens.*

Flectamus genua.

*Secundus.*

Leuate.

Adsit Domine misericordiae tuae ineffabilis pietas, & super has tabulas opem tuae Bene & dictionis, & virtutem tuae vntionis infunde, vt te largiente referat praemium quisquis intulerit votum. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Deinde Abbas inchoat, & ceteri prosequuntur Añam.*

Mane surgens Iacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper. Votum vouit Domino: vere locus iste Sanctus est, & ego nesciebam.

*Psalmus. 91.*

Bonum est confiteri Dño: & psallere nomini tuo Altissimè. *Et cetera vsquè ad finem Psalmi, & non dicitur Gloria Patri.*

*Interim Abbas accepta Mitra, facit iterum quinque Cruces cum pollice de eodem oleo Cathecumenorum, in eisdem locis cuiusquè Ara & eodem ordine, quo priores facta fuerunt, dicens per singulas Cruces.*

Sancti & ficetur, & consecre & tur hæc tabula. In nomine Patris, & Fi & lii, & Spiritus & Sancti. Pax tibi.

*Inde inchoat, reliquis prosequentibus Antiphonam.*

Dirigatur Domine, oratio mea; sicut incensum in conspectu tuo.

*Interim retenta Mitra, thurificat iterum semel per circuitum: & statim ea deposita, dicit.*

Oremus.

*Prior Assistens.*

Flectamus genua.

*Secundus.*

Leuate.

Adesto Domine, dedicationi huius mensæ tuae, & in eam,

M

quæ

*Engrisa de do. No. 1*  
*demar p. non quon*  
*Dixit todo sin*  
*g. y mion*  
*tanto hellec*  
*maxer in do leo*  
*mi mo, itage*  
*lat mirona*  
*en la mirona*  
*dicendo sanctif*  
*cat =*  
*tuq empieja*  
*incionia conlamira*  
*guetra: alre deder*  
*eluego ladexa*  
*lo mirona*

quæ à nobis indignis sancto linita est oleo, Bene † dictionis, & Sancti † ficationis tuæ virtutem, & consecrationem infunde. Qui vivis, & regnas Deus: per omnia sæcula sæculorum. *Respon.* Amen.

*Et statim Abbas incipit Antiphonam, quam alij prosequuntur.*  
Antiphona.

Vixit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ: præ confortibus tuis.

*Psalm. 45.*

*directo de singl.* Deus noster refugium, & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

*Et dicitur totus Psalmus, sine Gloria Patri.*

*tomala mitra: Hæc* Interim Abbas accepta Mitra, iterum facit quinque Cruces de Sæ  
*cincoruq; contra* cto Chrismate, cum pollice dextera manus, eisdem ordine, & mo-  
*Abbas ma delmi.* do, quo priores, dicens.

*no modo q; lat pri* Sancti † ficetur, & conse † cretur hæc tabula, in nomine Pa †  
*merat:* tris, & Fi † lij, & Spiritus † Sancti. Pax tibi.

*tomad in puario* De inde accepto thuribulo à Sacerdote imposito, & benedicto, ut  
*i incienca =* assolet, incenso stans cum Mitra, inchoat, alijs prosequentibus Añam.

*Yampira dirigati* Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in conspectu  
*incienca con mitra* tuo.

*de xala mitra* *lugo =* Et dum dicitur, Abbas retenta Mitra, iterum semel thurificat  
per circuitum, de inde vero deposita Mitra, dicitur

Oremus.

*Et Assistentes.*

Flectamus genua.

*Resp.*

Leuate.

Exaudinos Deus noster, & precû nostrarû libenter accipe vo-  
ta, & Altare hoc ad celebranda diuina mysteria præparatum,  
cœlestis vnguenti odore asperge: & aromata diuinæ sanctifica-  
tionis illi infunde. Et sicut lapidem Iacob Patriarchæ erectum  
vnguëti perfusione dicasti, & Angelicis visionibus per scalam  
gradus Ecclesiæ figuraisti: sic quoque super hunc lapidem Alta-  
ri coaptandum cœlestis gratiæ sancti † ficationem inmitte; vt  
dum

dum tibi super eum sacri corporis, & sanguinis Vnigeniti Filij tui mysteria consecrantur, petentibus peccata dimittantur, & merentibus influas gratiam sempiternam. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

*Et statim Abbas, accepta Mitra, intingit pollicem dexterae manus in sanctum Chrisma, & cum eo signat confessionem siue locum, in quo reliquiae sunt reponenda, seu cremenda, formando in medio tabula signum, & dicendo.*

Conse-<sup>cr</sup>etur, & sancti-<sup>fic</sup>etur hoc sepulchrum. In nomine Pa-<sup>tris</sup>, & Fi-<sup>lij</sup>, & Spiritus-<sup>Sancti</sup>. Pax huic domui.

*Postea deposita Mitra, reponit veneranter reliquias, cum tribus granis thuris, in loco consecrato: quo facto, adhuc stans sine Mitra, dicit.*

Oremus.

Deus qui ex omnium cohabitatione sanctorum æternum maiestati tuæ condidisti habitaculum, da ædificationi tuæ incrementa cœlestia: & præsta, ut quorum hic reliquias pio amore complectimur, eorum semper meritis adiuuemur. Per Christum, &c. Resp. Amen.

*Tunc inchoat Abbas, ceteris prosequentibus Antiphonam.*

Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: crescere te faciat Deus meus, sicut arenam maris, & donet tibi de rore cœli benedictionem.

Psalmus. 86.

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.

*Et cetera usque ad finem Psalmi, & non dicitur Gloria Patri.*

*Dum Antiphona, & Psalmus prædicta dicuntur, Abbas accepta Mitra, fundit, & spargit oleum cathecumenorum, & sanctum Chrisma, manu dextera confricans, liniens, & perungens totum lapidem, & tandem finito Psalmo, stans cum Mitra, dicit.*

Lapidem hunc, fratres charissimi, &c. *Ut supra fol. 74 usque ad Antiphonam. Stetit Angelus iuxta aram tēpli, &c. inclusiue.*

M 2

tomalamitra  
inchoa oleo, &  
Chrisma, conla  
mano dextera  
impugnando, &  
xiendo ro dexte  
aras, & ab abo  
isto stando con  
mitra

*Super altaris* *Quæ sunt, Abbas, dicit.*

*Mitra:*

Oremus.

*Et Assistentes.* Flectamus genua.

*Resp.* Leuate.

*Tunc Abbas.*

Huius Altaris Domine, holocaustum Sancti Spiritus tui gratia infusum in odorem tuæ suauitatis ascendat. Per Christum Dominum. *Resp.* Amen.

*de quibus* *Postea combustis candelis, & thure, & si comburenda etiam sunt*  
*madore do* *Reliquiæ, cineres illius combustionis per unum ex Ministris, cum*  
*no enim* *spatulis ligneis abradantur, & collecti in aliquo vase, reijciantur in*  
*lebe, aliumi* *sacrarium. Interim Abbas sine Mitra, stans ante Aras consecratas.*  
*alio modo* *dicit.*

*do*

Oremus.

*Super altaris* *Supplices tibi Domine Deus, Pater omnipotens, preces effun-*  
*mitra delant* *dimus, vt metalli huius expolitam materiam supernis sacrificijs*  
*lavand.* *imbuendam ipse tuæ ditare facti & ficationis vbertate digneris,*  
 qui quondam legem in tabulis scripsisti lapideis. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus.

*Et eodem modo stans, mediocri voce, extentis manibus ante pet-*  
*tus dicit* *orationem.*

Per omnia sæcula sæculorum:

*Resp.* Amen.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Vers.* Sursum corda.

*Resp.* Habemus ad Dominum.

*Vers.* Gratias agamus Domino Deo nostro.

*Resp.* Dignum, & iustum est.

Vere dignum & iustum est, æquum & salutare nos tibi semper & vbiq̃ gratias agere, Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, qui post offendicula lapsus primi hominis instituisi tibi offerri propiciatorij delibamenta libaminis, vt culpa quæ præcesserat per superbiam, futuris temporibus expiatur

retur per munera, quibus honorarentur Altaria, honorificarentur & templa. Quod tibi primus Noe præparauit officio; rursus Abraham immolaturus filium, de hinc Iacob erigens, & vngens lapidem in titulum, te Redemptor mundi exoramus, vt lapidem istum, sicut mensam, in honorem tuum, gloriosaque Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum consecrare, & sancti facere digneris, benedictionis tuæ illapsu; manibus nostris opem tuæ benedictionis infundens, & sacri huius mysterij, sicut institutor, ita etiam, & sanctificator appare, qui te angularem lapidem, & saxum sine manibus abscisum nominari voluisti. In hæreas hic placido æternæ maiestatis obtutu: vt quidquid sacro ritu super hoc immolabitur, sicut Melchisedec oblatum tibi placeat holocaustum. Ad sit misericordiæ tuæ ineffabilis pietas, vt te largiente referat præmium, quisquis intulerit votum. *Quod sequitur dicit submissiori voces sed ita vt à circumstantibus audiatur.* Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritu Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

*Præfatione finita, Abbas inchoat, & reliqui prosequuntur Añam.*

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: à Templo Sancto tuo, quod est in Hierusalem.

*Vers.* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

*Resp.* Sicut erat in principio, &c.

*De inde repetitur Añam. Qua dicta Abbas sine Mitra, dicit.*

Oremus.

Quæsumus omnipotens Deus, vniuersarum rerum rationalis artifex, qui inter cæteras creaturarum formas lapideum metallum, ad obsequium tui sacrificij condidisti; vt legitimæ libationi præpararetur Altare: annue dignanter, vt quidquid hic oblatum, sacratum vè fuerit nomini tuo affurgat, religioni proficiat, spei innitatur, & fidei sit honori. Per Christum Dominum nostrum.

*Resp.* Amen.

*Postea Abbas inchoat, & reliqui prosequuntur Añam.*

M s

Omins

*de aqua benedicta  
sumi aere per  
intolixi &c*

*lucis unguis  
de... y...  
mar priorum*

*regit da. con  
antifona de  
utando in  
mitra*

esta omnia et  
Ab. y mientes

lon de ma la gvo  
si que puel po

lamitra incien  
on modo de Cruz

las araf: Nue  
de xalmitra

Omnia terra adorant te Deus, & psallat tibi: Psalmum dicat  
nomini tuo Domine.

*Dum dicitur, Abbas accepta Mitra, thurificat super tabulam in  
modum Crucis. De inde deposita Mitra, dicit.*

Descendat quæsumus Domine Deus noster Spiritus tuus  
Sanctus super hæc Altaria, qui & dona nostra, & populi tui in  
eo sanctificet, & sumentium corda dignanter emundet. Per  
Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

*Ultimò exterguntur Ara per Ministros cum panno lineo. Tunc  
Abbas parat se ad celebrandum, si voluerit; aut facit per aliquem Sa  
ce rdotem celebrari Quod tamen non est necesse, sed potest pro suo  
libito facere, aut omittere.*

Benedictio cœmenteriorum omit  
titur: quia in Ordine ferè nunquã  
est in usu.

## De Ecclesiæ Reconciliatione.

*Ecclesiæ reconciliatio quocumque die fieri potest. In ipso autem  
manè diei (in quo reconcilianda est) paratur faldistorium super tape  
se ante portam Ecclesiæ: Altare Ecclesiæ omnino nudatur. Parantur  
etiam duo vasa cum aqua, unum extra, & aliud intra Ecclesiã,  
& eodem modo salis alia duo: intra Ecclesiã item vas cum vino, &  
vas cum cineribus. aspersorium de herua hyssopi factum. Quibus sic  
paratis Abbas in sacristia, vel alio decenti loco, si sit extra Ecclesiã,  
accipit Amictum, Albam, Cingulum, Crucem pœtoralem, Stolam,  
Pluviale albi coloris, Mitram simplicem, & Baculum Pastoralem:  
atquè cum comitatu decenti monachorum ( Afsistentibus ut mi  
nus, Pluvialibus vestitis) procedente Cruce, & cereis pergit ad por  
tam*

tam principalem Ecclesia, antequam stans ad faldistorium, primum omnium benedicit aquam cum sale, benedictione communi, qua in Missali habetur: Exorcismos salis, & aqua cum Mitra. Versus, & collectas sine Mitra pronuntians. Aqua autem benedicta per Abbatem, incipit Antiphonomam, quam alij prosequuntur.

Añã. Asperges me Domine hyfopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem de albabor.

*Psalmus. 50.*

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

*Dicitur totus cum Gloria patri, & repetitur, Añã. Interim Abbas accepta Mitra aspergit in circuitu de foris Ecclesiam: simul aspergendo ad terram, & ad murum alternatim, precipuè ad loca contaminata. Rediens verò ad locum, ubi aquam benedixit, stans deposita Mitra dicit.*

Oremus.

*Prior Assistens. Flectamus genua. Secundus. Leuate.*

Aufer a nobis quæsumus Domine cunctas iniquitates nostras, vt ad loca tuo sancto nomini purificanda, puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen.

*Statim Cantores incipiunt Litanias, & Abbas accepta Mitra, Ecclesiam ingreditur, cum Monachis cantando eas. Abbas accedit ad Altare Maius, coram quo paratum habet faldistorium, vel adducitur, quod fuerat ante portam Ecclesia, & super eo cum Mitra pro cūbit. Cum autem dictum fuerit. Vt omnibus fidelibus defunctis, &c. Cum. Resp. Te rogamus audinos.*

*Abbas surgit, & Baculum pastorem in sinistra tenens producte cum dextera signum Crucis, super Altare, & Ecclesiam dicens. Vt hanc Ecclesiam, & Altare hoc purgare, & reconfructuare digneris.*

*Re, p. Te rogamus audinos.*

*Et iterum,*

*Vt*

Vt hanc Ecclesiam, & Altare hoc purgare, reconfringere, & sancti fructificare digneris.

*Resp. Te rogamus audinos.*

*Et item.*

Vt hanc Ecclesiam, & Altare hoc purgare, reconfringere, sancti fructificare, & consecrare digneris.

*Resp. Te rogamus audinos.*

*Quibus dictis, iterum Abbas in faldistorio recumbit, cantoribus Litanias perficientibus. Finitis autem, surgit Abbas, & deposita Mitra, stans versus Altare, dicit.*

### Oremus:

*Prior Assistens. Flectamus genua. Secundus. Leuate. Tunc Abbas.*

Deus qui peccati veteris hereditariam mortem, in qua posteritatis genus omne successerat, Christi Filij tui Domini nostri passione soluisti, concede propicius, vt conformes eidem effecti, sicut imaginem terreni parentis, naturæ necessitate portauimus, ita imaginem coelestis, gratiæ sanctificatione portemus. Per virtutem eiusdem Christi Filij tui Domini nostri, qui tecum viuit & regnat in vnitæte Spiritu Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *Resp. Amen.*

*Deinde Abbas genuflectit ante faldistorium, & sine Mitra dicit.*

Deus in adiutorium meum intende.

*Statim surgit, & Monachi Respondent.*

Domine ad adiuuandum me festina.

*Tunc Abbas stans & sine Mitra.*

Gloria Patri, & Filio, & Spiritu Sancto.

*Et respondent omnes.*

Sicut erat in principio & nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

*Quod idem etiam secundo, & tercio fit, voce semper per Abbatem sem altius eleuata.*



*His dictis Abbas accepta Mitra benedicit aquam, cum sale, cinere, & vino, incipiens absolute. Exorzitote creatura salis, &c. Prout habetur supra, fol. 61. usque ad collectam. Omnipotens sempiternus Deus Creator, & Conseruator, &c. Inclusiue. Qua dicta Abbas inchoat, reliquis prosequentibus Antiphonam.*

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui odierunt eum à facie eius.

## Pars Psalmi. 67.

In Ecclesijs Benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.

*Et repetita Antiphona, tam in fine huius versus, quam sequentium Psalmus finitur sine Gloria Patri.*

*Interim Abbas accepta Mitra, circuit ter Ecclesiam intrinsecus, aspergendo in primo circuitu parietes in superiori parte, in secundo, in inferiori; in tercio verò, pavementum Ecclesie, sed specialiter loca contaminata, & tandem sistit in presbyterio, ubi stans cum Mitra versus Altare dicit.*

Deum indultorem criminum, Deum sordium mundatorem Deum qui corruptum peccatis originalibus mundum aduentus sui nitore purificauit, fratres charissimi, supplices deprecemur, vt contra diaboli furentes insidias fortis nobis propugnator adsistat, vt siquid eius virosa calliditate quotidianis insectationibus maculatum in isto loco, corruptumquè fuerat; efficiatur celesti miseratione purgatum; quia sicut illius est, solidum, perfectumquè quassare, ita auctoris est nostri lapsa restituere, nutantia stabilire, & corrupta purgare. Qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto viuit & regnat Deus.

*Deinde deposita Mitra mediocri voce, extensis manibus ante pedus, dicit precesationem.*

Per omnia sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Vers.* Sursum corda. *Resp.* Habemus ad Dominum.

*Vers.* Gratias agamus Domino Deo nostro.

*Resp.* Dignum & iustum est.

Veredignù & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper  
N & ubi-

& vbique gratias agere Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus, cuius immensa bonitas, vt non habuit principium, ita nec terminum habebit. Qui diuina, naturalique pietate plenus eligis in nobis magis restituere perditam, quam percutere peritura. Et siquid aut negligentia polluit, aut ira committit, aut stimulat ebrietas, aut libido subuertit, hoc Domine clementi patientia sustines, vt ante per gratiam purifices, quam percutias per furorem. Et operis tui prouidus plasmator, eligis potius erigere iacentia, quam punire damnanda. Te Domine supplices deprecamur, vt huius tabernaculi receptaculum placatus aspicias, & Altare tuum, quod infectantis est inimici fraude pollutum, per infusionem gratiæ cælestis purifices, purificatum possideas, possessumque, ne deinceps aliqua labe sordescat, custodias. Absint in posterum omnes nequitia spirituales, & eliminentur. Extinguatur antiqui serpentis inuidia, & cum omnibus fraudibus suis diaboli turba propellatur. Efferat secum maculam, quam ingerit, & perennibus quandoque supplicijs deputandus, operum suorum semina secum colligat peritura. Nihil hic in posterum noceat præteriti culpa contagij. Nihil sit, quod remaneat inimici fraude pollutum, quandoquidem spiritus tui est infusione purgatum. Resurgat Ecclesiæ tuæ pura simplicitas, & candor innocentia hætenus maculatus, dum receperit gratiam, resurgat ad gloriam, vt populorum fidelium hæc turba conueniens, dum petitionis ingerit vota, votorum sentiat se obtinuisse suffragia.

*Quod sequitur dicit submissiori voce, ita tamen, vt à circumstantibus au diatur.*

Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitatem Spiritus Sancti Deus: Per omnia sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

*Post hæc Abbas accepta Mitra, ascendit ad Altare, vbi inchoat Antiphonam, quam alij prosequuntur.* Añã.

Introibo ad Altare Dei: ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

*Psalms. 42.*

Indicame Deus, & discerne causam meam de gente non sancta:

Et a: ab homine iniquo, & dolofo erue me. *Et cetera vsque in finem Psalmi. Et non dicitur Gloria Patri, sed repetitur Añ. Qua finita Abbas deposita Mitra, dicit.*

Oremus.

*Et Assistentes.* Flectamus genua. *Resp.* Leuate.

Deus qui in omni loco dominationis tuæ clemens ac benignus purificator assistis, exaudi nos quæsumus, & concede, vt in posterum in violabilis huius loci permaneat consecratio, & tui muneris beneficia vniuersitas fidelium, quæ supplicat, percipere mereatur. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Deinde stans ibidem inchoat, reliquis prosequentibus, Antiphonam.*

Confirma hoc Deus quod operatus est in nobis: à Templo sancto tuo, quod est in Hierusalem:

*Psalmus. 67.*

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, &c. *Et dicitur totus cum Gloria Patri.*

*Incepta Añ. restituitur Abbati Mitra, cum qua stat vsque ad finem Psalmi: sed finito, deponit Mitram, & stans adhuc ibide dicit.*

Oremus.

Deus qui Ecclesiam tuam sanctam de omnibus mundi finibus congregatam, per tui lateris admirabile Sacramentum cunctarum gentium matrem esse dixisti; quam etiam populorum varietate depictam, Sanctorum Martyrum meritis decorasti; bene † dic quæsumus, sanctorum tuorum opitulante suffragio; tam Altare quod eorum exornatur te iuuante reliquijs, quam Ecclesiam, ac fidelium tuorum tibi pie offerentium vota in illa sanctifica. Qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto viujs, & regnas Deus. Per omnia sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

*Tunc Abbas benedicit populo, sollemniter dicens.*

*Vers.* Sit nomen Domini benedictum.

*Resp.* Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

*Vers.* Adiutorium nostrum, &c. *Vi in Missis solennibus.*

*De inde si vultit, parat se ad celebrandum, vel facit per alium ibi dem celebrari. Missa dicitur de die, sed cum collecta Missæ, dicitur alia de reconciliatione sub eodem Per Dominum.*

### Oratio.

Deus qui dixisti, Domus mea Domus orationis vocabitur; Domum istam spurcitijs contaminatam, mundare, & sanctificare digneris; & omnium preces, & vota ad te hoc in loco clamantium clementer exaudias, & benigne suscipias. Per Dominum nostrum, &c.

### Secreta.

Hæc hostia quæsumus Domine locum istum ab omnibus immunditijs expurget; & supplicationes nostras tibi semper & ubiquè reddat acceptas. Per Dominum nostrum, &c.

### Post communic.

Percipientes Domine munera salutis æternæ, supplices exoramus: vt Templum hoc à peccatorum inquinamentis emundatum, benedictione tua maneat sanctificatum; & pectora nostra ab omni sorde vitiorû alienata; tibi què deuota semper existant. Per Dominum nostrum, &c.

## De Patenæ, & Calicis consecratione.

*Vasorum, & ornamentorum consecrationes, & benedictiones possunt fieri vbi & quando Abbati placuerit: cum Cruce tamen, & luce. nec*

*cc: n: c de sit Abbati stola, & insignia Pontificalia.*

*Pro cōsecratione Patena, & Calicis parandum est sanctum Chrisma, & vas aqua benedicta cum aspersorio. Abbas stans cum Mitra, dicit.*

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomine Domini.

*Resp.* Qui fecit coelum, & terram.

Oremus. Fratres charissimi, vt diuinæ gratiæ benedictio confecret, & sanctificet hanc Patenam, ad confringedum in ea corpus Domini nostri Iesu Christi, qui Crucis Passionem sustinuit pro nostrum omnium salute.

*Tunc deposita Mitra, dicit.*

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui legalium institutor es hostiarum; quiquè inter eas conspersam similaginem deferri in Patenis aureis, & argenteis ad Altare tuum iussisti; bene & dicere, sancti & ficare, & conse & crare digneris hanc Patenam, in administrationem Eucharistiæ Iesu Christi Filij tui; qui pro nostra omniumquè salute se ipsum tibi Deo Patri in patibulo Crucis elegit immolari, ac tecum viuit, & regnat in vnitæte Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

*Resp.* Amen.

*Tunc Abbas accepta Mitra facit cum pollice dextera manus Chrysmate in tincto Crucem super Patenam, ab ora in oram, & mox limit, & perungit totam superficiem eius per circuitum cum ipso pollice, dicens.*

Conse & crare, & sancti & ficare digneris Domine Deus Patenam hanc, per istam vntionem, & nostram bene & dictionem, in Christo Iesu Domino nostro. Qui tecum viuit, & regnat in vntæte Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

*Resp.* Amen.

*De inde stans adhuc cum Mitra procedit ad benedictionem Calicis dicens.*

Oremus fratres charissimi, vt Deus, & Dominus noster Calicem istum in vsum ministerij sui consecrandum coelestis gratiae inspiratione sanctificet, & ad humanam consecrationem plenitudinem diuini fauoris accomodet. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Tunc deposita Mitra, dicit.*

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Dignare Domine Deus noster Calicem hunc bene † dicere, in vsum ministerij tui pia famulatus deuotione formatum; & ea sancti † ficatione perfundere, qua Melchisedec famuli tui sacrum Calicem perfudisti: & quod arte, vel metalli natura fieri non potest Altaribus tuis dignum; fiat tua bene † dictione sanctificatum. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Deinde accepta Mitra facit Crucem cum pollice dextera manus de Chrismate intra ipsum Calicem à labio ad labium, & mox linat, & perungit interius per circuitum, dicens.*

Conse † crare, & sancti † ficare digneris Domine Deus Calicem hunc, per istam vnctionem, & nostram bene † dictionem, in Christo Iesu Domino nostro. Qui tecum viuit, & regnat in vnitatem Spiritus Sancti Deus. Per omnia saecula saeculorum: *Resp.* Amen.

*Tunc deposita Mitra dicit super Calicem, & Patenam.*

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et Cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiternae Deus manibus nostris quæsumus  
opem

opem tuæ benedictionis infunde: vt per noſtram bene ꝛ dictio-  
nem hoc vaſculum, & Patena ſanctificentur, & corporis Domi-  
ni noſtri Ieſu Chriſti nouum Sepulchrum Sancti Spiritus gra-  
tia efficiantur. Per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū  
Filium tuum. Qui tecū viuit, & regnat in vnitae eiuſdem Spi-  
ritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

*Demum aſpergit Calicem, & Patenam aqua benediſta, quod fieri  
debet in omnibus quarumlibet rerum ſacrarum benedictionibus.  
Deinde abbas abſtergit pollicem in vñctum cum mica pannis, cum  
qua etiam facit per aliquem Sacerdotem abſtergi Calicem, & Pate-  
nam. Exterſiones projiciuntur in ignem, vel in Sacrarium à Sacri-  
ſta. Abbas lauat manus, & diſcedit.*

## De benedictione Sacerdotalium indumentorum in genere.

*Si multa indumenta Sacerdotalia Abbati ſimul benedicenda of-  
ferantur, eaquæ ſint diuerſa inter ſe, & multorum generum, puta,  
Manipuli, Stola Cinguli, Alba &c. hac vnica benedictione poterit,  
ea omnia benedicere.*

*Habeat vt minimam Stolam pendentem ab humeris, nec deſit  
lux, Crux, & Aqua benediſta, que eodem modo ſeruanda ſunt, ſine  
plura indumenta benedicenda ſint, ſiue vnum tantum. Stans ergo  
Abbas ſine Mitra, dicit.*

*Vers.* Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

*Reſp.* Qui fecit cœlum, & terram.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiternæ Deus, qui per Moylem famulum tuū

Pon-

Pontificalia, & sacerdotalia, seu Leuitica vestimenta ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum, ad honorem, & decorem nominis tui fieri decreuisti, adesto propitius inuocationibus nostris, & hæc Indumenta Sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, in genti benedictione per nostræ humilitatis seruitium purifi & care, bene & dicere, & conse & crare digneris; vt diuinis cultibus, & sacris mysterijs apta, & benedicta existant. His quæ sacris vestibus Pontifices, & Sacerdotes, & Læuitæ tui induti, ab omnibus impulsionibus, seu tentationibus malignorum spirituum muniti, & defensi esse mereantur, tuisquæ mysterijs apte, & condigne seruire, & in hære, atquæ in his tibi placide, & deuote perseuerare tribue. Per Christum Dominum nostrum.  
*Resp. Amen.*

## Oremus.

Deus inuictæ virtutis triumphator, & omnium rerum creator, ac sanctificator, intende preces nostras, & hæc Indumenta Leuiticæ, Sacerdotalis, & Pontificalis, à gloriæ Ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene & dicere, sancti & ficare, & con & secrare digneris, omnesquæ eis vtentes tuis mysterijs aptos, & tibi in eis deuote, & laudabiliter seruientes, gratos efficere, digneris. Per dominum nostrum Iesum Christum, &c.  
*Resp. Amen.*

*Et aspergit ea aqua benedicta.*

*Quod si seorsim benedicenda offerantur, poterit pro singulis, his benedictionibus vti, incipiens tamen semper eisdem versibus.*

*Vers. Adiutorium nostrum, &c.*

*Vers. Dominus vobiscum.*

*Pro Amictu.*

Deus immense, cui quæque graua facilia sunt, hoc genus lineaminis super caput ponendum sancti & fica, & præsta, vt quicumquæ eo vsi fuerint, nullo mentis, & corporis pondere præ-  
 |grauen



*Pro Alba.*

Deus qui per Moysen famulum tuum, Aaron & filios eius, ad celebrandum pro humana salute sacrificij mysterium, tunicis in dui præcepisti: hanc tunicam (vel has tunicas, & sic in sequētibz) tuæ immolationis mysterio dedicatam, sancti & fidei virtute tuæ bene & dictionis, vt quisquis eam indutus salutiferam hostiam tibi immolaturus ante conspectum tuæ diuinæ Maiestatis aduenit, sentiat in se salutis effectum, iustitiæ in clementiam, quatenus lasciuia carnis edomita, omnium officio membrorum tibi placere valeat. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. *Resp.* Amen.

*Pro Cingulo.*

Deus qui nobis per tui Euangelij præconium lumbos corporis typice succingere præcepisti, expectando Christum à nuptijs reuersurum; sancti & fidei quæsumus tuæ virtutis potentia hoc Cingulum, nostrum corpus in tuis officijs adstricturum, vt ardo re libidinis extincto, casto corpore, & corde tibi valeamus ministrare omnipotenti Deo. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre in vnitatis Spiritus Sancti Deus, &c. *Resp.* Amen.

*Pro Manipulo.*

Deuotionis infusor quæsumus bene & dicere dignare Manipulum istum, vt remissionem macularum suarum suscipiant in huius muneris collatione præuenti, & fiducialiter, quæ postulanda sunt, postulent, & facilius impetrent populi postulata. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Pro Stola.*

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui per Vnigenitum

genitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum Stolum immortalitatis, quam prothoparentis culpa perdidideramus reddere dignatus es, hanc Stolum materialem sacerdotali ministerio dedicatam, per virtutē Sancti Spiritus tui bene † dicere, & conse † crare digneris, vt quicūque cum ea sacris Altaribus ministraturi accesserint, ab omni vinculo suorū peccatorū liberētur, & in Resurrectione iustorum immortalitatis stolā induere mereantur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c. *Resp.* Amen.

*Pro planeta seu casula.*

Deus immēsa virtutis triūphator, & rerū omniū creator, ac Sāctificator intē de propitius preces nostras, & hāc planetā sacerdotalis gloriæ ministris tuis fruendam bene † dicere, sanctificare, & consecrare digneris, omnesque ea vrentes tuis mysterijs, à nobis in dignis consecrandis, aptos, & in eis tibi deuote, & laudabiliter seruientes gratos efficiere concedas, & nunc, & semper, per infinita sæcula sæculorum, *Resp.* Amen.

*Pro Caligis, Sandalijs, Tunicela,  
Dalmatica, Mitra plunialique.*

Oremus.

Deus omnipotens bonarum virtutum dator, & omnium benedictionum largus infusor, supplices te rogamus, vt manibus nostris opem tuæ benedictionis infundas, & has Caligas, & Sandalia (vel Tunicelam, vel dalmaticam, &c.) diuino cultui præparata, virtute Sancti Spiritus bene † dicere, sanctificare, & conse † crare digneris, & eis in Pontificalibus vrentibus gratiam sanctificationis sacri mysterij tui benignus concede, vt in conspectu tuo sancti, & immaculati, atque irreprehensibilis appareant, & auxilium misericordiæ tuę acquirant. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. *Resp.* Amen.

*Pro Cruce Pectorali.*

Oremus.

Omnipotens Deus qui Crucis signum præcioso Filij tui sanguine dedicasti, qui quod per eandem Crucem Filij tui Domini nostri Iesu Christi mundum redimere voluisti, & per virtutem eiusdem Venerabilis Crucis, humanum genus ab antiqui hostis Chyrogapho liberaſti, te supplices exoramus: vt digneris hanc Crucem Paterna pietate bene ꝑ dicere, & cælestem ei virtutem, & gratiam impartiri, vt quicumque eam in Passionis & Crucis vnigeniti tui signum ad tutelam corporis, & animæ super se gestauerit, cælestis gratiæ plenitudinem in ea, & munimen valeat tuæ benedictionis accipere. Et quemadmodum virgam Aaron ad rebellium perfidiam repellendam benedixisti, ita hoc signum tua dextera bene ꝑ dic, & contra omnes diabolicas fraudes virtutem ei tuæ defensionis impendas, vt portantibus illud animæ pariter, & corporis prosperitatem conferat, & spiritualia in eis dona multiplicet. Per eundem Christum Dominum nostrum. *Respon.* Amen.

## Benedictio Mapparum, seu lin- teaminum.

*Abbas benedicturus linteamina, seu Mappas, cum stola, luce, & Cruce, & Aqua benedicta, stans sine Mitra dicit,*

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomini Domini.

*Resp.* Qui fecit Cœlum, & terram.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

O. 2

Oremus.

Oremus.

Exaudi Domine preces nostras, & hæc lintheamina sacri Altaris vsui præparata bene † dicere, & sancti † ficare digneris. Per Christum Dominum nostrum. *Resp. Amen.*

Oremus.

Domine Deus omnipotens, qui ornamenta, & lintheamina facere Moysen famulum tuum per quadraginta dies docuisti, quæ etiam Maria texuit, & fecit in vsum ministerij tabernaculi fæderis, bene † dicere, sancti † ficare, & consecrare digneris hæc lintheamina, ad tegendum involuendumquæ Altare gloriosissimi Filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit, & regnat in vnitæte Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. *Respon. Amen.*

*Et aspergit aqua benedicta.*

## Benedictio Corporalium.

*Abbas eodem modo stans dicit.*

*Vers. Adiutorium nostrum, &c.*

*Vers. Dominus vobiscum. &c.*

Oremus.

Clementissime Domine cuius inenarrabilis est virtus; cuius mysteria arcanis mirabilibus celebrantur; tribue quæsumus; vt hoc lintheamen tuæ propiciationis bene † dictione, sanctificetur, ad consecrandum super illud corpus, & sanguinem Dei, & Domini nostri Iesu Christi Filij tui. Qui tecum viuit,

uit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

Oremus

Omnipotens sempiterne Deus, bene ☩ dicere, sancti ☩ ficare, & conse ☩ crare digneris linteamen istud, ad tegendum, & involuendum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi Filij tui. Qui tecum viuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

Oremus.

Omnipotes Deus manibus nostris opem tuæ benedictionis infunde, vt per nostram benedictionem hoc linteamen sancti ☩ ficetur; & corporis, ac sanguinis Redemptoris nostri nouum Sudarium Sancti Spiritus gratia perficiatur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c. *Resp.* Amen.

*Et aspergit ea aqua benedicta.*

Benedictio tabernaculi, seu vasculi  
pro sacrosancta Eucharistia  
conseruanda.

*Vers.* Adiutorium nostrum, &c.

*Vers.* Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

Omnipotens æterne Deus, Maiestatem tuam supplices de  
O 3 precamur

precamur; vt vasculum hoc pro corpore Filij tui Domini nostri Iesu Christi in eo condendo fabricatum: bene † dictionis tue gratia dicare digneris. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c. *Resp. Amen. Et aspergit aqua benedicta.*

---

## Benedictio nouæ campanæ.

*Signum, vel Campana debet benedici, antequam ponatur in campanali hoc ordine. In primis debet campana ipsa ita suspendi, & situari, vt commode possit intus, & extra tangi, tractari, & circui. De inde prope ipsam campanam benedicendam paratur Abbati faldistorium (vulgo sitial) vas aqua, vas cum sale, Aspersorium, lintea munda. Vas olei infirmorum, sanctum Chrisma, Thymiamia, Thus, Myrrha, & Thuribulum cum igne, Abbas induitur Amictu, Alba, Cingulo, Cruce pectorali, Stola, Pluuiali albi coloris, & Mitra simplici, & cum eo duo Diaconi Assistentes parati Dalmaticis. Duo item alij cum Pluuialibus, & procedente Cruce atque duobus cereis Baculum Pastoralem in manu portans, pergit ad locum, vbi est campana; & sedens in faldistorio recitat cum Ministris Psalmos sequentes.*

Miserere mei Deus; secundum magnam misericordiam tuam.

*Psalm. 54.*

Deus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

*Psalmus, 56.*

Misere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.

*Psalmus*

*Psalmus. 66.*

Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

*Psalmus. 69.*

Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina.

*Psalmus. 85.*

Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam in opus & pauper ium ego.

*Psalmus. 129.*

De profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

*Qui omnes dicuntur integri, cum Gloria Patri in fine singulorum.*

*Finitis omnibus, surgit Abbas, & benedicit sal, & aquam, sicut in Missali: proferens exorcismos cum Mitra. Reliqua vero Mitra deposita.*

*Ceterum post benedictionem aquae, & illius Collectam; antequam sal illi immisceatur ab Abbate, subdit orationem sequentem.*

*Oremus.*

Bene ꝑ dic Domine hanc aquam benedictione cœlesti, & assisat super eam virtus Spiritus Sancti; vt cum hoc vasculum ad inuitandum filios sanctæ Ecclesiæ præparatum, in ea fuerit tinctam; vbicumque sonuerit hoc tintinnabulum procul recedat virus insidiantium, vmbra phantasmatum, incurisio turbinum, percussio fulminum, læsio tonitruum, calamitas tempestatum,

tum, omnisquè spiritus procellarum: & cum clangorem illius audierint filij Christianorum; crescat in eis deuotionis augmentum, vt festinantes ad piæ matris Ecclesiæ gremium cantent ibi in Ecclesia Sanctorum Canticum nouum; deferentes in sono præconium tubæ, modulationem Psalterij, suauitatem organi, exultationem tympani, iucunditatē cymbali: quatenus in templo sancto gloriæ tuæ suis obsequijs, & precibus inuitare valeāt multitudinem exercitus Angelorum. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Resp. Amen.

*Post hæc Abbas mittit sal in aquam in modum Crucis, dicendo semel.*

Commixtio † salis, & aquæ pariter fiat, &c. vt in Missali, cum collecta respondente.

*Aquâ benedicta, Abbas accepta Mitra, incipit lauare campanam cum dicta aqua, & Ministri prosequuntur, lauantes eam totaliter intus & extra; & post lotionem extergentes eam cum linco mundo.*

*Dum campana lauatur sedet Abbas cum Mitra, & respondentibus his, qui sibi assistunt, recitat Psalmos sequentes.*

*Psalmus. 145.*

Lauda anima mea Dominum; laudabo Dominum in vita mea: psalam Deo meo quandiu fuero.

*Psalmus. 146.*

Laudate Dominum quoniam bonus est Psalmus: Deo nostro sit iucunda, decoraquè laudatio.

*Psalmus. 147.*

Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion.

*Hi omnes dicuntur, cum Gloria Patri in fine cuiusque. Deinde dicuntur sub vno Gloria Patri tres alij qui sequuntur.*

*Psalm.*



*Psalm. 148.*

Laudate Dominum, de Coelis, laudate eum in excelsis.

*Psalm. 149.*Cantate Domino canticum nouum: Laus eius in Ecclesia  
Sanctorum.*Psalm. 150.*Laudate Dominum in Sanctis eius: Laudate eum in firma-  
mento virtutis eius.*Et finitur cum Gloria Patri.**Tunc surgit Abbas cum Mitra, & cum pollice dextera manus fa-  
cit ad extra supra campanam de oleo sancto infirmorum, signum Cru-  
cis, quo facto, deposita Mitra dicit.*

Oremus.

Deus qui per beatum Moysen legiferum famulum tuum tu-  
bas argenteas fieri præcepisti; quas dum Leuitæ tempore sacrifi-  
cij clangerent, sonitu dulcedinis populus munitus, ad te adoran-  
dum fieret præparatus; & ad celebrandum sacrificia conueni-  
ret; quarum clangore hortatus ad bellum munimina prosterne-  
ret aduersantium: præsta quæsumus vt hoc vasculum sanctæ tuæ  
Ecclesiæ præparatum sancti ✠ ficetur ab Spiritu sancto; vt per  
illius tactum fideles inuitentur ad præmium: & cum melodia  
illius auribus insonuerit populorum; crescat in eis deuotio fi-  
dei, procul pellantur omnes insidiæ inimici, fragor grandinum,  
procella turbinum, impetus tempestatum, temperentur infesta  
tonitrua, ventorum flabra fiant salubriter, ac moderate suspen-  
sa: prosterneat aereas tempestates dextera tuæ virtutis, vt hoc au-  
dientes tintinabulum contremiscant, & fugiant ante sanctæ Cru-  
cis Filij tui in eo depictum vexillum, cui flectitur omne genu  
Cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confi-

tetur, quod ipse Dominus noster Iesus Christus absorpta morte per patibulum Crucis regnat in Gloria Dei Patris, cum eodem Patre, & Spiritu Sancto. Per omnia sæcula sæculorum. *resp. Amen.*

*Et Abbas accepta Mitra extergit cum linteo mundo Crucem à se factam. Mox inchoat reliquis prosequentibus Antiphonam.*

Vox Domini super aquas multas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.

*Psalmi. 28.*

Afferte Domino Filij Dei: afferte Domino filios arietum.

*Et dicitur totus cum Gloria Patri. Et repetitur. Antiphona.*

*Interim Abbas cū Mitra stans facit, cum pollice dexteræ manus de oleo infirmorum septem Cruces exterius super campanam, & deintus, cum chrismate quatuor pari distantia, dicens dum quamlibet Crucem facit.*

Sancti & ficitur, & conse & cretur Domine signum istud. In nomine Pa & tris, & Fi & lij, & Spiritus & Sancti. In honorem sancti N. Pax tibi.

*Finitis his omnibus, Abbas stans deposita Mitra dicit.*

Oremus,

Omnipotens sempiternæ Deus, qui ante Arcam fæderis per clangorem tubarum muros lapideos, quibus aduersantium cingebatur exercitus cadere fecisti, tu hoc tintinabulum cælesti bene & cione perfunde, vt ante sonitum eius longius effugentur ignita iacula inimici, percussio fulminum, impetus lapidum, læsio tempestatum, vt ad interrogationem profeticam quid est tibi mare quid fugisti? suis motibus, cum Iordanica retroacta vnda respõdeant, A facie Domini mota, est terra, à facie Dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum: Non ergo nobis, sed nomini tuo da gloriam: super misericordia tua, vt cum præsens vasculum, sicut reliqua Altaris vasa, sacro Chrismate tangitur, oleo sancto vngitur, quicumque

ad

ad sonitum eius conuenerint ab omnibus inimici tentationibus libere, semper fidei Catholicæ documenta sectentur. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: Per omnia sæcula sæculorum. *Resp.* Amen.

*Mox sedet Abbas, & accepta Mitra, imponit in thuribulo thymiana, thus, & mirram, si haberi possint, alioquin, quæ ex ipsis habebuntur, quibus impositis super prunas thuribulum ipsum supponitur campana desubtus, ut totum fumum recipiat. Interim autem dum hæc peragit Abbas Assistentes dicunt Antiphonam, & partem Psalmi.*

*Añ.*

Deus in sancto via tua, quis Deus magnus sicut Deus noster?

*Pars Psalmi. 76.*

Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.

*Et finitur Psalmus cum Gloria Patri.*

*Quibus dictis, & deposita Mitra, surgit Abbas & dicit.*

Oremus.

Omnipotens Dominator Christe qui secundum carnis assumptionem dormienti in naui, dum oborta tempestas mare conturbasset, te protinus excitato, & Imperante dissiuit, tu necessitati populi tui benignus succurre, tu hoc tintinabulum Sancti Spiritus rore perfunde, ut ante sonitum illius semper fugiat bonorum inimicus, inuitetur ad fidem populus Christianus, hostilis terreatur exercitus, confortetur per illum populus tuus conuocatus, ac sicut Dauidica cithara delectatus desuper descendat Spiritus sanctus, atque ut Samuele agnum lactentem mac tante in holocaustum Regis æterni, fragor aurarum turbam repulit aduersantium, ita dum huius vasculi sonitus transit per nubila, Ecclesiæ tuæ conuentum manus conferuet Angelica, fruges credentium, mentes, & corpora saluet protectio sempiterna. Per te Christe Iesu qui cum Deo Patre uiuis & regnas in uni

tate eiusdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculo-  
rum. *Resp.* Amen.

*Deinde unus ex diaconibus indatus dalmatica, cantat.*

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

Sequentia sancti Euangelij secundum Lucam.

In illo tempore intrauit Iesus in quoddam castellum, &c.  
*Proxi habetur in Missali in festo Assumptionis B. Mariae Virginis.*

*Finito Euangelio, diaconus offert Abbati librum quem Abbas osculatur, in ipso principio Euangelij decantati. Tum assumpto baculo, & reassumpta Mitra producit super campanam signum Crucis, & discedens inde commitantibus cunctis reuertitur ad locum ubi paramenta accepit in quo dimissis sacris vestibus vadit in pace.*

## Ordo ad visitandas Parochias, siue Ecclesias, quæ pleno iure Abba- tibus subduntur.

*Abbas cum ad visitandas Parochias, siue Ecclesias sibi subdi-  
tas peruenerit, si sufficiens in eis clericorum numerus sit, proces-  
sionaliter ab eis recipi debet. Cum te Deum laudamus. Parochus  
extra portam Ecclesie pluuiali indutus offert ei Crucem parua  
adorandam. Post ingressum dabit ei aspersorium cum aqua benedi-  
cta, quo seipsum prius, deinde alios aspergit. Ante Altare maius in ipso  
Presbytero preparatum sit genuflexorium pro Abbate. Ibi genuflexus  
parum peroret, dum organa pulsantur, aut duo alij tres ve eiusdem  
Cantici versus expediantur, genuflexus similiter cunctis circunstan-  
tibus. Tunc Parochus pluuiali indutus solus se erigit, & stans versus  
Altare, prope Abbatem, cantat sequentes versus, & collectam.*

*Vers.* Protector noster aspice Deus.

*Resp.*

*Resp.* Et respice in faciem Christitui.

*Vers.* Saluum fac seruum tuum.

*Resp.* Deus meus sperantem in te.

*Vers.* Mitte ei Domine auxilium de sancto.

*Resp.* Et ex Sion tuere eum.

*Vers.* Nihil proficiat inimicus in eo.

*Resp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

### Oremus.

Deus humilium visitator, qui eos paterna dilectione consolaris, pre'tende Societati nostræ gratiam tuam: vt per eos, in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus augmentum. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

*Qua dicta, Abbas ascendit ad Altare maius, vnde versus populum sedens, exponit causas aduentus sui, & qualiter sacri Canones id fieri præcipiant.*

Primò ad absoluendas animas defunctorum.

Secundò vt videat, qualiter Ecclesia ipsa gubernetur; qualiter, & qua decencia seruetur Eucharistia: & reliqua sacramenta, & sacramentalia administrantur.

Tertiò vt cognoscat, qualiter eadē Ecclesia se habeat in ornamentis, & cæteris necessarijs ad cultum Dei, & qualiter etiam diuina in ea officia fragantur.

Quartò, vt inquirat de vita, & honestate ministrorum: & corrigat, aut emmendare faciat, si quæ fuerint emmendanda, aut corrigenda.

Quintò vt inspiciat, qualiter subueniatur animis defunctorum in sacrificijs, & qualiter eorum testamenta adimpleantur. Sextò, vt fiat an populus fidelis diuinis mysterijs sufficienter sit instructus. Vt si est aliquis, qui in eis, vel in aliquo alio eius indigeat consilio, siue auxilio, aut etiam correctione, in his quæ ad Deum spectant: paratus hæc omnia, & quæcumque alia, quæ sui muneris sint, omnibus, & singulis libentissime impertiri.


Tum deposita cuculla (nam cum ea debet visitationem incipere) si hora competens sit poterit celebrare, & Missa finita, cantans cum clericis, & socijs suis Hymnum Pange lingua, visitabit sanctissimam Eucharistiam, induito parcho amictu, alba, & stola, ad eius ostensionem, ut moris est. Tum clausis foribus custodiae per parochum ostendentem, idem parochus genuflexus ante Altare cantabit versiculum Homo quidam, & collectam Deus qui nobis sub Sacramento, &c.

Inde assumptis per eundem parochum sanctis oleo, & chrismate, cantantes Hymnum, Veni Creator, venient ad Baptisterium, ubi iniecta prius in pilam aqua benedicta, haec omnia visitat. Tum decantatis per parochum versiculo, & collecta competentibus, nimirum de Spiritu Sancto, pergunt ad corpus Ecclesiae. & ibi cantant Responsorium pro defunctis, cum competentibus versiculis, & collectis, quod ipsum faciunt in cimiterio, si illud sit contiguum cum Ecclesia.

Quibus per actis, Abbas, committantibus cunctis, & praecedentibus, pergit in locum habitationis suae. Vbi facit ad se deferri libros fabricae, confraternitatum, baptismorum, & testamentorum: auditque quarelas, seu depositiones, quae ad ipsum super propositis in visitatione, aut quomodolibet ad ipsam pertinentibus, deferuntur.

Expeditis autem omnibus cum discedere voluerit, iterum vadit ad Ecclesiam, & facta oratione cum suis socijs, adque clericis, recitatoque alio Responsorio super sepulturis defunctorum, vadit in pace.

*fr. Joseph dela Cruz*



Faint, illegible markings at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.


Vertical markings on the right edge, possibly remnants of text or a binding edge.


Small vertical markings on the right edge.


Vertical markings on the right edge, possibly remnants of text or a binding edge.

Small vertical markings on the right edge.









9.

19

301